

Cath Ch. - Liturgy of Rit.

Catholic Church. Pope.
— subsidium ad Bullarium....
AEP6154

SUBSIDIUM
AD
BULLARIUM
PATRONATUS PORTUGALLÆ

Olisipone, Typographia Nationali editum annis

1868, 1870, 1872, 1873, 1879.



ALLAPPE
Orphanotrophii typographia Seminario
Cochinensi adnexa.
1903.

SUBSIDIUM

AD

BULLARIUM

PATRONATUS PORTUGALLIÆ

SUBSIDIUM

AD

BULLARIUM

PATRONATUS PORTUGALLIÆ

Olisipone, Typographia Nationali editum annis

1868, 1870, 1872, 1875, 1879.



ALLAPPE

Orphanotrophii typographia Seminario
Cochinensi adnexa.

1903.



Digitized by the Internet Archive
in 2016

IN MODUM PRÆFATIONIS
ET APPROBATIONIS

Quum in BULLARIO PATRONATUS PORTUGALLIÆ, Olisipone, Typographia Nationali edito, annis 1868, 1870, 1872, 1873, 1879, et adhuc incompleto, aliqua desint, vel tantum memorata non tamen transcripta sint documenta, digna quæ in illa Collectione compilentur, factum est ut a quibusdam criticis in dubium revocentur, sub pretextu etiam defectus latini eorum apographi.

Inde, mihi opportunum visum est, ne in oblivionem adducantur, ut typis mandarentur quæ sequuntur documenta, in archivo Dioecesis Cochinchinensis asservata, et eruditis (si de eorum authenticitate certiores fieri velint) omnino patentia.

Cochini, die 3 Julii, anno Dni. 1903.

✠ *MATHEUS, Episcopus Cochinchinensis.*

*Bulla Confirmationis Simonis Sulake
tamquam Patriarcha de Muzal (Mossul) in Assyria*

(Ad Bullarium Patronatus Portugalliae Tom. II. pg. 239, Nota 2)

ECCLESIA PATRIARCHALIS DE MUZAL IN ASSIRIA

**JULIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI**

Dilecto filio **SIMONI SULAKE DE DANIELIS DE DOMO BELLU** electo de Muzal
in Assyria orientali salutem et apostolicam benedictionem.

Julius III
1552

DIVINA disponente cle-
mentia cujus inscrutabili
providentia ordinationem sus-
cipiunt universa, in apostolicæ Sedis
culmine meritis licet insufficientibus
constituti ad universas orbis ecclesias
aciem nostræ considerationis extendi-
mus et pro earum statu salubriter diri-
gendo apostolici favoris auxilium adhi-
bemus sed de illis propensius nos cogi-
tare convenit quas propriis carere pas-
toribus intuemur, ut eis juxta cor nos-
trum pastores præficiantur idonei qui
commissos sibi populos per suam cir-
cumspeditionem providam salubriter
dirigant et informent, ac bona ecclesia-
rum ipsarum non solum gubernent uti-
liter sed etiam multis modis efferant
incrementis. Dudum siquidem provi-
siones ecclesiarum omnium tunc va-
cantium et in antea vacaturarum ordi-
nationi et dispositioni nostræ reserva-
vimus decernentes ex tunc irritum et
inane si secus super his per quoscum-

que quavis auctoritate scienter vel i-
gnoranter contingeret attentari. Post-
modum vero ecclesia patriarchali de
Muzal in Syria orientali cui bo. memo-
riæ Simon Maria ⁽¹⁾ Patriarcha de Muzal
et insulæ Tigris ac cæterarum civitatum
et terrarum orientalium eidem Patri-
archæ subjectarum, necnon monaste-
riorum ejusdem nationis in Sui Massin
et Calicuth ac tota India existentium
eidem etiam Patriarchæ subditorum
dum viveret præsidebat per obitum
ejusdem Simonis Patriarchæ qui ex-
tra Romanam Curiam debitum natu-
ræ persolvit pastoris solatio destituta.
Nos vacationi hujusmodi fidedignis
relatibus intellecta ad provisionem e-
jusdem ecclesiæ celerem et felicem,
de qua nullus præter nos hac vice se
intromittere potuit sive potest reser-
vatione et decreto obsistentibus su-
pradictis, ne ecclesia ipsa longæ va-
cationis exponatur incommodis pater-
nis et sollicitis studiis intendentes post
deliberationem, quam de præficiendo

(1) In aliquibus Scriptoribus. — **Simon Mamma.**

eidem ecclesiæ personam utilem ac etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad te monachum monasterii Hormisd ordinis Sancti Basilii Muzal diœcesis ordinem ipsum expresse professum in quadragesimo vel circa tuæ ætatis anno et presbyteratus ordine constitutum ac de legitimo matrimonio procreatum, de cuius integritate, doctrina, puritate, sinceritate, fidei constantia, religionis zelo, vitæ ac morum honestate et denique in omni virtute summa conspiciuntur dilecti filii universi clerus et populus illius regionis per eorum litteras nobis testimonium perhibere direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis ac confessione tua quam præsentibus de verbo ad verbum inseri et annotari volumus et mandamus prius audita et in scriptis redacta ac diligenter examinata et in Consistorio nostro perlecta, et ea catholica, teque per eam fidei capace et vero fideli ac idoneo repertis horum intuitu te a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes de persona tua nobis et fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesiæ de eorundem fratrum consilio apostolica auctoritate providemus teque illi in Patriarcham præficiamus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiæ tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in Illo qui dat grâtiâs et largitur præmia confidentes quod

dirigente Domino actus tuos præfata ecclesia sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem temporalibus et spiritualibus suscipiat incrementa. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus ejusdem ecclesiæ curam et administrationem prædictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque præter æternæ retributionis præmium nostram et apostolicæ sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis, necnon venerabilibus fratribus nostris universis suffraganeis ac dilectis filiis capitulo et vassallis dictæ ecclesiæ necnon Clero et Populo civitatis et diœcesis de Muzal quatenus suffraganei tibi tamquam membra capiti obsequentes, et Capitulum tanquam patri et pastori animarum suarum similiter intendentes exhibeant sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas ita quod mutua inter te et ipsos suffraganeos gratia gratos sortiatur effectus et nos devotionem ipsorum possimus propterea in Domino merito commendare, nec non Clerus te pro nostra et dictæ Sedis reverentia benigne recipientes et honorifice pertractantes tua salubria monita et mandata suscipiant humiliter et efficaciter adimplere procurent. Populus vero te tanquam patrem et pastorem animarum suarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes tuis monitis et mandatis salubribus humiliter intendant ita quod tu in eis devotionis filios et ipsi in te per consequens patrem benevolunt invenisse gaudeatis. Vassalli autem

præfati te debito honore prosequentes tibi fidelitatem solitam ac consueta servitia et jura tibi ab eis debita integre exhibere studeant alioquin sententiam sive poenam quam rite tuleris seu statueris in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tenor vero dictæ confessionis sequitur et est talis: Ego Symon Sulaka de Danielis de Domo Bellu ex civitate Muzal et Assyria Orientali oriundus, monachus monasterii Hormisd ordinis Sancti Basilii Muzal diocesis, ordinem ipsum expresse professus credo ex corde et confiteor ore quod unus solus est verus Deus omnipotens incommutabilis qui est incomprehensibilis, ineffabilis et æternus. Pater et Filius et Spiritus Sanctus unus in essentia, trinus in personis, Pater ingenitus, Filius a solo Patre genitus, Spiritus Sanctus a Patre Filioque procedens non sicut a duobus principiis sed ab utroque tanquam ab uno principio. Pater non est Filius aut Spiritus Sanctus, Filius non est Pater aut Spiritus Sanctus, Spiritus Sanctus non est Pater aut Filius sed Pater tantum Pater est, Filius tantum Filius est et Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus est, nullus alium aut præcedit æternitate aut excedit magnitudine aut superat æternitate absque initio semper est et sine fine. Pater est generans, Filius nascens, Spiritus Sanctus procedens, consubstantialis, cœquales, cœomnipotentes, et cœterni hæc tres personæ sunt unus Deus, non tres dii, una essentia, una substantia, una immensitas, unum principium, unus creator visibilium omnium et invisibilium corporalium et spiritualium, qui quando voluit uni-

versas condidit creaturas sua bonitate, quas et valde bonas voluit. Et ideo reprobo et anathematizo omnes hæreses ac hæreticos sentientes et docentes contraria. Firmiter etiam credo et profiteor quod Unigenitus Dei Filius Patri consubstantialis semper cum Patre et Spiritu Sancto existens in plenitudine temporis quam divinæ misericordiæ consilium inscrutabile disposuit ut nos a peccato Adæ ac cæterarum culparum nostrarum sordibus mundaret et a morte et inferno liberaret incarnatus est de Spiritu Sancto in immaculato Utero Mariæ semper Virginis veram et integram hominis naturam assumpsit Corpus videlicet et animam rationalem in unitate personæ divinæ tanta unitate ut unus et idem Christus sit Deus et homo Dei Filius et hominis Filius. Ita quod una natura non confunditur ab altera, nec una transit in alteram, nec una miscetur alteri nec altera evanescit, sed in persona omnino una sint duæ naturæ perfectæ scilicet divina et humana salvis earundem naturarum proprietatibus, duæ voluntates, duæ operationes ita ut Christus sit tantum unus et sicut formam servi Dei forma non adimit, ita formam Dei servi forma non minuit. Qui enim verus Deus est, idem verus est homo, Deus per id quod in principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum, homo per id quod verbum caro factum est habitavit in nobis. Deus per id quod de quinque panibus quinque milia hominum satiavit, quod Samaritanæ aquam salientem in vitam æternam promisit, quod Lazarum quadruanum a mortuis resuscitavit, homo per id quod esurivit, sitivit, fatigatus est et in ligno clavis transfixus

est. Unus et idem secundum divinitatem, equalis Æterno Patri, immortalis, impassibilis, secundum vero humanitatem minor Patri, mortalis et passibilis. Insuper firmiter credo et predico eundem Dei Filium incarnatum vere natum esse ex Maria semper Virgine et ideo ipsam Virginem fateor Dei matrem atque genitricem. Item vere passum, vere mortuum et sepultum vere cum anima descendisse ad inferos ad liberandum patres et ad ligandum insatiabilem homicidam. Et subinde vere ex mortuis resurrexisse et per quadraginta dies apostolos docuisse de Regno Dei, mox que ad Cœlos ascendisse, sedereque ad dexteram Patris et venturum in fine sæculorum ad iudicandum vivos et mortuos. Credo et profiteor nullum unquam hominem ex semine Adæ conceptum et natum fuisse salvatum aut fore salvandum nisi per fidem mediatoris Dei et hominum Domini Nostri Jesu Christi in sanguine et morte ipsius qua nos reconciliavit æterno Patri et delevit chirographum iniquitatum nostrarum æterna redemptione inventa. Item firmiter credo legalia omnia Veteris Testamenti seu Mosaicæ Legis quia Christum figurabant, licet divino cultui illa ætate congruerent, ipso adveniente cessasse, et jam promulgato Evangelio servari non posse sine interitu salutis æternæ. Omnes igitur post illud tempus Circumcisionis sabbati ciborum eadem lege prohibitorum reliquarumque legalium observatores alienos a fide denuntio et salutis æternæ non posse esse participes nisi aliquando ab his erroribus resipiscant, ab his enim omnibus liberavit nos Christus et septem Novæ Legis Sacramenta instituit, quæ veneror. Credo et profiteor videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium et Extremam Uctionem, quæ omnia nobis gratiam Dei conferunt, et virtute passionis Domini Nostri Jesu Christi ea summentibus applicant, ista septem Sacramenta perficiuntur tribus verbis videlicet et rebus ac ministro, rebus in materia, verbis in forma, ministro qui facere intendat quod facit ecclesia. Recipio insuper quicquid de eisdem Sacramentis Sancta et Catholica Ecclesia Romana docet et prædicat. Credo quod si vere Dei pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissorum et commissorum pœnis satisfecerint coram justitia divina, eorum animas pœnis Purgatorii post mortem purgari, utque a pœnis huiusmodi releventur prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et elemosinæ ac alia pietatis officia quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta, illorumque animas quæ post Baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas et quæ post contractam peccati maculam, ut dictum est purgatæ sunt, in cœlum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum vero animas qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt mox in infernum descendere pœnis tamen disparibus perpetuo puniendas. Firmiter etiam teneo et credo Simbolum fidei a trecentum et octo patribus Concilii Niceni acceptatum et usque in hæc tempora servatum in Ecclesia in hac forma videlicet: Credo in

unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ visibilium omnium et invisibilium et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de Cœlis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est, qui conceptus et natus crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in unum Spiritum Sanctum, Spiritum veritatis Dominum vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per prophetas et apostolos. Et unam sanctam Catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi sæculi. Amen. Confiteor, teneo et prædico unum eundemque Deum Veteris et Novi Testamenti hoc est Legis et prophetarum atque Evangelii auctorem esse quoniam eodem Spiritu Sancto inspirante utriusque Testamenti sancti loquuti sunt. Itaque suscipio omnes libros canonicos quos suscipit sacrosancta Romana et Catholica Ecclesia quorum tituli sunt hii videlicet: Quinque libri Moysi id est liber Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii, Josue, Judicium, Ruth, Quatuor libri Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus et secundus

qui dicitur Neemias, Tobia, Judith, Job, Psalmorum David, liber Poverbiorum, Ecclesiastes et Cantici Canticorum, Sapientia, Ecclesiastici, Isayæ, Hieremiæ, Baruth, Ezechielis, Danielis. Teneo etiam libros duodecim prophetarum minorum id est Oseæ, Ioelis, Amos, Abdiæ, Ionæ, Micheæ, Naim, Abacuc, Sephonæ, Agei, Zachariæ, Malachiæ, et duos libros Machabeorum. Etiam teneo quatuor libros Evangeliorum, Mathæi, Marci, Lucæ et Joannis. Accepto quatuordecim epistolas divi Pauli, unam videlicet ad Romanos, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philipenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, ad Timotheum duas, ad Titum unam, ad Philemonem unam, ad Hebræos unam. Item suscipio epistolam Jacobi unam. Petri duas. Joannis apostoli tres. Judæ unam. Librum actuum apostolorum et Apocalipsim Joannis Apostoli. Item amplector, suscipio et approbo sanctam Nicenam synodum trecentorum decem et octo patrum, et profiteor ac sequor quicquid illa decrevit, et reprobo ac damno quicquid illa damnavit et maxime impiam hæresim Arrianorum cum suo auctore Arrio. Item amplector suscipio et approbo sanctam Constantinopolitanam synodum primam centum quinquaginta patrum, et credo quicquid illa decrevit, et reprobo quicquid illa reprobavit, et maxime impiam hæresim Macedonii cum ipso auctore. Item suscipio, amplector et approbo primam Ephesinam synodum ducentorum patrum et credo quicquid illa decrevit et reprobo quicquid illa reprobavit, et maxime hæresim Nestorianam cum suo auctore Nestorio. Item suscipio, amplector et ap-

probo sanctam Chalcedonensem synodum, quartam in ordinem generalium Synodorum et credo ac sequor quicquid illa decrevit et reprobato ac damno quicquid illa reprobavit et maxime impiam hæresim Euticetis et Dioscri et reprobato secundam Ephesinam synodum. Item suscipio, approbo et amplector quaecumque alia Concilia quae recipit et approbat sancta et Catholica ecclesia Romana ac damno et reprobato omnes hæreses et auctores earundem quas et quos reprobato et damnato dicta Sancta et Catholica ecclesia, necnon quicquid tenet et docet sancta Sedes Apostolica et Romana ac Catholica ecclesia cum omni devotione et reverentia suscipio et accepto illos quoque doctores et sanctos patres quos ecclesia Romana approbat reverenter suscipio, teneo et confiteor Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere principatum et ipsum Romanum Pontificem successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi Vicarium totiusque ecclesiae esse caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse cujus ecclesiae unitatem et congregationem tam valde credo ut nullos extra dictam ec-

clesiam Catholicam existentes aeternae vitae participes fieri posse confiteor. Insuper promitto me tanquam obedientiae filium ordinationibus, praecipis, censuris ac iussionibus Papae Julii iij moderni et successorum suorum Romanorum Pontificum canonice intrantium et Sedi Apostolicae fideliter et semper obtemperaturum. Ita Deus me adjuvet et sancta Dei Evangelia, et Deus testis est mihi quod corde credo, confiteor ore hanc confessionem fidei mere sinceram et veram quam scribi feci ac manu propria subscripsi, et humiliter Patri Sanctissimo Julio iij Pontifici maximo ad pedes ejus prostratus obtuli die quinta decima mensis Februarii anni millesimi quingentesimi quinquagesimi tertii.⁽¹⁾ Ego indignus Symon Sulak⁽²⁾ feci scribere hanc fidem et manu propria subscripsi.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimo calend. Martii pontificatus nostri anno tertio. ⁽³⁾

Ia. Card. Puteus

L. † S.

A. Diaz.

Arch. Secr. Apost.
Vatic.

Ex Archiv. Vatic.

Reg. Vatic. Julii iij Secret. an. iij
Tom. 70 n.º 1793 fol. 235-238v.

(1) Sic in apogr. Videtur tamen ^{NON} irrepsisse errorem, 1553 pro 1552.

(2) Hic primus chaldaeorum Patriarcha catholicus, in patriam suam Roma reversus, quinto mense tantum elapso, Patriarchae Schismatici Nestoriani instigationibus a Turcorum tyranno Muza leusi, Pacha Curdo, per quadraginta dies in puteo detentus, postea vitus in sacco inclusus et in lacu submersus, vita functus est.

(3) Vid. pag. 59, not. 6.

Pontifex Archiepo. Goano committit ut in vitam et doctrinam Mar Abraham Archiepi. Angamalensis in recidivos Nestorianae haeresis errores prolapsi inquirat; et ad ejusdem ecclesiae gubernationem provideat, etc.

(Ad Bull. Patron. Portug. Tom. I, pag. 259, Nota. 1)

CLEMENS PP. VIII

Venerabili Fratri ARCHIEPISCOPO GOANO

Clemens VIII.

1595

VENERABILIS Frater salutem et Apostolicam benedictionem. Nuper non sine gravi animi Nostri dolore ad Nos perlatum est Mar Abraham Archiepiscopum Angamalensem in regno Cocini et in Malabari seu Indiis S. Thomæ Apostoli qui alias Catholicam doctrinam amplexus Apostolicæ Sedi obedientiam præstitit, et in Synodo provinciali Goana de reductione ad Catholicam fidem eiusdemque Sedis obedientiam universæ ipsius diœcesis tractavit novissime in recidivos Nestorianæ hæresis errores misere prolapsum fuisse, nec monitum resipiscere voluisse minusque permisisse libros Caldaicos eisdem erroribus refertos qui in eius diœcesis et provinciæ ecclesiis leguntur emendari et corrigi ac præterea plures simonias commisisse. Nos qui ob iniuncti in Nobis Apostolici muneris debitum in eam potissimum curam et sollicitudinem incumbere tenemur ut ecclesiarum pastores præsertim in tam remotis ab Applicâ. Sede regionibus sanam doctrinam teneant et commissas sibi oves Catholi-

cæ doctrinæ salutari pabulo reficiant et pascant, in præmissis ea qua decet ratione consulere volentes ac de tua fide, integritate et catholicæ religionis zelo plurimum in Domino confisi, Fraternalitati tuæ per præsentem committimus et mandamus, ut in ipsius Mar Abrahamæ vitam, mores et doctrinam diligenter inquiras, et si per inquisitionem huiusmodi illum in præmissis culpabilem esse repereris illum ad te Goam venire iubeas et facias, ibique sub tuta et honesta custodia retineas, et processus per te faciendi exemplum in authentica forma ad Nos et Applicam Sedem transmittas, ut ipso processu diligenter inspecto et examinato ipsius Mar Abrahamæ Archiepiscopi causam prout iustum fuerit terminare valeamus. Interim vero ne ecclesiastica diœcesis et provincia præfatae Angamalen ipso Archiepiscopo absente et erroribus implicato in spiritualibus vel temporalibus aliqua patiantur detrimenta in eadem ecclesia et diœcesi personam aliquam ecclesiasticam ex ritu latino, qui si fieri possit linguam Caldeam seu Syriacam calleat in Vicarium Apostolicum cum facultate ad omnia

quæ iurisdictionis sunt non autem ordinis faciendi deputes et constituas, ac illum toties quoties expedire iudicaveris removeas et alium semel et pluries in eius locum surroges et de novo deputes et constituas nec absente aut decedente ipso Mar Abraha Archiepiscopo alium Archiepiscopum eligi vel quoquo modo deputari aut ibidem admitti permittas nisi quem Apostolica Sedes iuxta decretum præfatae Synodi provincialis Goanae ab ipso Mar Abraha eiusque ecclesia et diocesi acceptatum elegerit. Si quos vero alios quoscumque in diocesi et provincia præfatis similis erroris labe irretitos reperiri contingat in eos per te aut Vicarium Apostolicum a te ut præfertur deputandum inquiras et procedas seu inquiri et procedi facias iuxta canonicas sanctiones, super quibus omnibus et singulis plenam et amplam tibi facultatem et auctoritatem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus et impertimur.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac nominatim concilii Tridentini decreto quo disponitur quod processus

etiam informativi contra Episcopos formari non possint nisi vigore constitutionis manu propria Romani Pontificis signatae, nec non præfatae ecclesiae Angamalensis etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ac privilegiis, indulgentiis et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis et approbatis, quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem quæ præsentibus ipsis fides adhibeatur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Januarii MDXCV Pontificatus Nostri Anno Tertio. ⁽¹⁾

(pro signatura)

Vidi et bene habet

Jul: Ant.^{us} Card: S. Severinæ

L. † S.

Secret. Brev.

(In pergamena charta)

(1) *Huius Brevi et insequenti præsertim alludit Pont. Pius IX, fel. rec. in suo Brevi Speculatores super, sub annulo piscatoris, in festo Sancti Patri in Vinculis (die primæ mensis Augusti) anno Dni. 1874, ubi legitur:*

“Equidem ubi primum Malabarica gens Nestorianam hæresim ejuravit, omnes ejusdem regionis sacerdotes, cassanarii, chamatii, eleiei nec non et electi procuratores populorum, in synodo Diamperitana auctoritate Clementis VIII fel. rec. predecessoris Nostri ann. 1599 celebrata convenientes, promiserunt et jurarunt veram obedientiam Papæ seu Romano Pontifici.”

Pontifex Archiepiscopo Goano facultatem concedit ut si contingat Archiepiscopum Ecclesiae Angamalensis e vivis decedere Vicarium Apostolicum constituat ad eandem ecclesiam gubernandam.

(Ad Bull. Patron. Portug. Tom. I. pag 259, Nota 1.)

CLEMENS PP. VIII

Venerabili Fratri ARCHIEPISCOPO GOANO in Indiis Orientalibus

Clemens VIII. 1597
VENERABILIS Frater salutem et Apostolicam benedictionem. Cupientes statui Ecclesiae Angamalensis opportune providere, Fraternitati tuae ut si contingat modernum Archiepiscopum Angamalensem ab humanis decedere, ne dum eidem ecclesiae de alio pastore canonice providetur, illa propter temporis et locorum distantiam in spiritualibus vel temporalibus aliqua detrimenta sustineat, quaecumque personam ecclesiasticam prudentia pietate et doctrina insignitam, quae tibi idonea videbitur in ipsius ecclesiae in eisdem spiritualibus et temporalibus vicarium Apostolicum Apostolica auctoritate constituere et deputare valeat donec Nos eidem ecclesiae de pastore providerimus auctoritate praefata teno-

re praesentium facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac eiusdem ecclesiae Angamalensis etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, quibus omnibus, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub anno Piscatoris die XXI Januarii MDXCVII Pontif. Nostri Anno Quinto.

M. Vestrius Barbianus

L. † S.

Secret. Brev.

(In pergamena charta)

(Ad Bull. Patron. Portug. pag. 259.)

LITTERÆ ARCHIEP. GOAN.

Di Goa il di 19 di Dicembre 1597.

.....

In un' altra (lettera) di V. S. Ill.^{ma} mi avvisava di un breve, che S. Sta. fece diretto a me sopra il governo della Chiesa di *Angamalo*, per il timore che si havea della morte dell'Arcivescovo per essere di molta età, et che per questo il Patriarca Alessandrino potesse tentare di provvedere a quella Chiesa, come fece altre volte, in che si vede chiaramente l' assistenza dello Spirito Santo nel capo della Chiesa, et la vigilanza et cura pastorale, che S. S.^{ta} tiene di tutte le Chiese, perche al tempo che io hebbi il breve, l'Arcivescovo era morto, et la Chiesa stava in potere dell'Arcidiacono, al quale tutti avevano giurato obediencia per la morte dell'Arcivescovo, et come quei christiani sono nodriti da molti anni in heresia et errori de nestoriani, che sempre tennero, con tutto che li Portughesi han travagliato sempre perche dessero obediencia alla Chiesa Romana, et sforzarono a questo l'Arcivescovo con molti sacerdoti haveano fatto una giunta con giuramento, che se S. S.^{ta} mandaria loro un Prelato Soriano, l'obidiriano, et se fusse latino (che e quel che importa il tutto) pigliariano

il suo consiglio, et medesimamente seppi, come nominandosi il nome del Papa nostro Sig^{ro} nelle orationi della Chiesa, un sacerdote dei suoi si levó pubblicamente et prohibi, che non si nominasse il detto Papa Nostro Signore. Sopra di che io scrissi all' Arcidiacono, et trattai di gastigarlo. Et per rimediare a tutti questi mali, et provvedere a fatto a tante migliaia di anime, et far che la S. Madre Chiesa Romana sia obedita per tutto il mondo, non ho voluto far provisione alcuna di Governatore nel Vescovato, ma andare io proprio in persona a mettermi fra loro et visitar per me stesso tutte le lor Chiese, che stanno sparse per ducento leghe di terra per diversi luoghi d'infedeli, ma amici e confederati di questo stato, per poter cosi con la mia autorità, (essendo io la seconda persona di questo stato, et che li Re infedeli pretendono haver per amico per loro interessi) andar purgando tutte le Chiese d'heresie et di errori che tengono, dando loro la dottrina della fé cattolica, et levargli tutti i libri, che tengono heretici, et alla fine congregare una sinodo di tutti li sacerdoti et fargli dare obediencia alla Chiesa Romana con giuramento di ricevere il prelado, che S. Sta. gli dará. Conduco

meco persone letterate, et alcuni Padri della compagnia pratici in questa christianità et in quella lingua. Credo che sara viaggio d'un gran servizio di Dio et della Chiesa Romana, ancorche di molto travaglio et pericolo per essere sforzato di mettere tempo di sei o sette mesi in questa visita, perche mi parto di qua d'Aprile per esser tempo che cessatio i negozii di questo stato con l'entrata dell'inverno e staro la fino a ottobre aspettando di veder se con le navi vien Vescovo per quella Chiesa, per farlo introdurre con facilità nel suo Vescovato. Et avverto V. S. Illma. che se ancora non é fatto vescovo di questa Chiesa, saria cosa di molta importanza essere alcuno della compagnia di Gesù, per andare li Padri già per quella Christianità, et similmente se gli deve dare ordine, che vada a poco a poco estinguendo la lingua Soriana, la quale non é naturale, et li suoi sacerdoti l'imparano come la latina, perché quella é il canale per onde corre tutta quella heresia, et in luogo di quella vada introducendo la latina per mettere conquella tutto il buon governo et soprattutto importa che il vescovo, sia sufraganeo di questa città stando appresso al Vescovato di Cochín, ch' é il piú vicino Suffraganeo. La provisione di questa Chiesa fin' hora non é stata del Patriarca Alessandrino, come la si pensa ma d'altro ancor peggiore, et piú pieno d'errori et d'ignoranza, il Patriarca di Babilonia publico eretico nestoriano con altri mille errori, perché nega la confessione, et so' pubblici scismatici, et tal fu l'Arcives-

covo passato ⁽¹⁾ et così morì et visse senza volersi confessare, ni mai volse ricevere il giubileo di S. S^{ta}. ch' io portai, ancorche dal suo popolo nelle chiese piú vicine a noi si publico et si ricevè con molta devotione perche io lo raccomandai ad alcuni prelati della compagnia che hanno un collegio ivi vicino.

Tutto questo Oriente patisce grande incomodo di haver e ricorrere alla Sede Apostolica per le dispense per estar tanto lontano, et per perdersi tante navi nel viaggio, et per non aver li poveri huomini rimedio di andare a cercarle, donde nasce che stan molti anni in grandissimi peccati, et altre mille necessitá, sopra di che scrissi l' anno passato a S. S^{ta} et saria cosa di grande importanza, che il Pretato di questa Chiesa, dove concorrono tutte le cose dell' Oriente avesse facultá da S. S^{ta} da poter dispensare nel jus positivo con la limitazione, che le paresse così delle dispense, come dei voti et irregolarità et censure et assoluzioni di casi etiam in bulla *Cena Domini* intorno a che potria servir qui di suo collettore o legato, di che V. S. Ill^{ma}. ⁽²⁾ per il suo molto zelo dovria dar conto a S. S^{ta}. perché così nelle religioni, come con i Vescovi succedono alle volte cose, che se havessero appresso qualche modo di ricorso havriano il rimedio piú facile. Etc.

Fre Alessio, Arcivescovo primas.

(Ex Archiv. Apostolic. Vatican. Nuntiatura Portugal. Tom. 6 pag. 340)

(1) *Mar Abraham.* (2) *Qui Romae commorabatur.*

Laudat Pontifex Archiepiscopum Goanum ob ejus zelum in convertendis India gentibus, et ejus laboribus benedicit.

(Ad Bull. Patron. Portug. Pag. 259 Nota 1)

CLEMENS PP. VIII

Clemens VIII. **M**ULTAM in Domino
1599 voluptatem cœpiimus ex
iis, quæ de tuæ Fraterni-
tatis pietate et pastoralis vigilantia,
gravi nobis testimonio, relata sunt;
nominatim quod, zelo honoris Dei et
salutis animarum incensus, in conver-
tendis gentibus istis ad lucem evange-
licæ veritatis strenue laboras. Gra-
tulamur tibi, frater, piam hanc sedu-
litate[m], qua animas, immaculati Agni
sanguine redemptas, Deo lucrari stu-
des, id nobis pergratum est, idque, ut
ex nostris litteris cognosceres, volui-
mus, ut tanto ardentius opus Dei, di-
vina adjutrice gratia, urgeas et perse-
quaris.

Benedicat Deus piis laboribus tuis,
tibi que tribuat, ut ex²tam magna mes-
se manipulos multos inferas in horre-
um cœlestis; et nos Fraternitati tuæ,
et clero ac populo tuo fideli nostram
Apostolicam benedictionem imperti-
mur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,
sub annulo Piscatoris, kalendas Apri-
lis MDLXXXIX, Pontificatus nostri
anno octavo (1 de abril de 1599). (1)

*Sylvius Antonianus, S. R. E.
Cardinalis.*

(Archiv. Apostol. Vatican. Breviam ad Prin-
cipes viros et alios. Tom. 43. Arm. 44. f. 151)

(1) Putat Raulin irrepsisse errorem, signatumque fuisse hoc Breve anno priori, sc. 1598, contra Gouvea, qui ei assignat annum 1599. Manifestum tamen est quod, revera, signatum et missum fuerit anno 1599.

LITURGIAE⁽¹⁾

Chaldæo—Malabarica

et

Chaldaeo—Nestoriana

comparatae.

(Ad Bull. Patron. Portug. App. Tom- II. post liturgiam et documenta Habessina et Coptita)

AD LECTOREM. *Prior hanc fecit comparationem P. Petrus Le Brun, oratorianus, in opere valde laudato cui titulus: "Explication litterale, historique et dogmatique des prières et des ceremonies de la messe., Parisiis edito, anno 1716, de quo altera editio (jam exhausta) an. 1843 excusa fuit.*

In hoc opere, Dissert. XI, art. XII, sub titulo "Liturgies des Nestoriens" Le Brun utramque liturgiam, ut scribit, Malabaricam et Chaldaicam (2) facie ad faciem in duabus columnis comparat.

(1) *Pro liturgia nihil amplius hic intelligitur quam Ordo missae pene invariabilis in ordinaria celebratione Divinorum Mysteriorum.*

(2) *Animadvertendum quod chaldaeus idem sonat ac christianus Nestorianus, aut e Nestorianis aliquando conversus. Ita communis sententia per illorum regiones. Itaque, Nestoriani vel Catholici a scriptoribus indistincte Chaldæi appellantur.*

Postremis tamen temporibus, pro distinctione facienda, scriptores praesertim catholici illius riti Christianos, si catholici, Chaldæos-Catholicos, vel Syro-Chaldæos, vel simpliciter Chaldæos nuncupare inceperunt; et, si Nestoriani, Chaldæos-Nestorianos, vel simpliciter Nestorianos.

Pro liturgia Malabarica utitur latina versione e syriaco codice vel missali anno 1599 in Synodo Diamperitana ab Archiepiscopo Goano Fr. Alexio de Menezes correcto et expurgato (3), Conimbricæ edita anno 1606 in Appendice ad ipsam Synodum (rarum hodie opusculum); et pro Nestoriana odhibet latinam versionem e codice Syriaco a P. Eusebio Renaudot e Nestorianis obtento, qui eum versit et in lucem edidit in suo opere "Liturgiarum Orientalium Collectio," Parisiis, an. 1716. (4)

Notetur quod in versione P. Renaudot communiores preces, v. gr. Gloria in excelsis, Pater Noster, Responsoria, Psalmi, etc. tantum indicantur a primis verbis. Praeterea, responsa Diaconi vel Ministri omnino omittuntur; non erant in syriaco codice quo usus est; quia Nestoriani separatim habent duos codices, unum tantum cum precibus a Celebrante dicendis, alterum cum iis quæ ad Ministrum pertinent.

Inde evenit quod Malabarica liturgia per extensum et integre transcripta, valde extensior appareat quam Nestoriana, partim tantum praesentata.

Duabus inspectis, parva prorsus inter ipsas apparebit textus discrepantia. Attenta namque conformitate in latinis versionibus quoad sensum (si non semper quoad verba ne miremini, eo quod versiones factae sunt a personis tempore, loco, natione et idiomate valde distantibus, in linguam valde diversam), in syriacis codicibus, malabarico et nestoriano, verba ad verba generatim respondere debent.

Sequitur transcriptio duarum liturgiarum secundum P. Le Brun textum, ordinem et methodum:

(3) *Hoc ipso missali, sic correcto utuntur usque ad praesentem diem Christiani Syro-Malabares, cum aliquibus fortasse modificationibus, tribus hisce postrenis seculis introductis. Actualia volumina, saltem quae vidi, in typographia Congregationis de Propaganda Fide, Romae, excusa fuerunt.*

(4) *Praeter has liturgias duae aliae similes hodie existunt, quae parum inter se differunt, utraque in antiqua nestoriana fulta, sensu Catholico correctae:—Una, se a catholicis sub jurisdictione Patriarchae Catholici de Mossul usitata; altera a catholicis ejusdem riti in parte praesertim Mesopotamiae superiore et Persia degentibus. Respondent circiter statui, quo liturgia nestoriana inveniebatur, quum ad Catholicam Ecclesiam, decursu temporum, reversum est.*

Audivi quod tertia alia parabatur a Patriarcha Chaldaeo-Catholico, propinquior nestoriana actuali, in minimis verbis sensu catholico correctae, ad facilius alliciendos Nestorianos, qui adhuc hodie pene vigecies centena millium (2.000.000) numerantur. Utrum a Sede Apostolica approbata jam fuerit, nescio.

LITURGIA

CHRISTIANORUM MALABARENSIUM IN IPSA REGIONE TRANSLATA.

SACRUM BEATORUM APOSTOLORUM.

Sacerdos indutus vestibus sacris cum diacono, vel alio ministro habente thuribulum cum incenso continuo thuriferante, accedens ad gradus altaris in primo gradu constitutus, elevatis manibus facta prius altari reverentia absolute dicit:

Sac. Gloria in excelsis Deo.

Diac. Amen.

S. Gloria in excelsis Deo.

D. Amen.

S. et D. simul. Et in terra pax et spes bona hominibus, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, sanctus, sanctus, sanctus: Tu Pater noster qui es in cœlis, pleni sunt cœli et terra magestatis gloriæ tuæ, et angeli et homines clamant ad te sanctus, sanctus, sanctus, tu Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra, da nobis hodie panem necessitatis nostræ, et dimitte nobis debita et peccata nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, quoniam tuum est regnum, virtus et gloria in sæcula sæculorum Amen.

S. Robora Domine Deus noster infirmitatem nostram benignitate tua, ut ministremus sacramentis tuis sanctis quae nobis data sunt in naturae nostrae salutem, et innovationem per amores Filii tui dilectissimi, ó rerum omnium Domine Pater, Filius et Spiritus sanctus. *D.* Amen.

LITURGIA

ORDINARIA CHALDÆORUM NESTORIANORUM A P. RENAUDOT TRANSLATA.

LITURGIA APOSTOLORUM SANCTORUM SEU ORDO SACRAMENTORUM.

Gloria in excelsis Deo, etc.

Pater noster, etc.

Oratio.

Robora Domine et Deus noster infirmitatem nostram per misericordiam tuam, ut administremus mysterium sanctum quod datum est ad renovationem, et salutem naturæ nostrae humilis: per miserationes Filii tui dilecti, omnium Domini.

MALAB.

S. Adoretur et glorificetur, honoretur et exaltetur, laudetur et benedicatur in cælo et in terra supergloriosum nomen Trinitatis tuæ praeclarissimæ omni tempore rerum omnium Domine Pater et Filius et Spiritus sanctus.

D. Amen.

S. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, et quis requiescet in monte sancto tuo?

S. Qui ambulat absque macula et facit justitiam, et loquitur veritatem in corde suo et non dolum per linguam suam.

D. Et non facit proximo suo et munus non accipit contra proximum suum.

S. Et qui reprobatur oculis suis irritatorem, et timentes Dominum glorificat.

D. Et jurat proximo suo et non mentitur, et pecuniam suam non dat ad usuram.

S. Et munus contra proximum innocentem non accipit, qui facit haec iustus est et non commovetur in aeternum.

D. Glorificate eum in virtute ejus, glorificate eum in magnitudine majestatis ejus.

S. Glorificate Dominum in sanctitate ejus, glorificate eum in firmamento fortitudinis ejus.

D. Glorificate eum in voce tubae, glorificate eum in citharis et psalteriis.

S. Glorificate eum in tympanis et organis, glorificate eum in vasis suavibus.

D. Glorificate eum in cymbalis benesonantibus, glorificate eum in voce et vociferatione, omni spiritu glorificamus Dominum.

S. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

D. Quoniam confirmata est super nos gratia ejus, vere Dominus es in aeternum.

S. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, a seculo, et usque in seculum. Amen et Amen.

P. Mundis cogitationibus constitue me Domine coram altari tuo.

S. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, et quis requiescet in monte sancto tuo? Quam gloriosum, et decorum est sanctuarium tuum: Deus omnium sanctificator rerum.

D. Pax nobiscum.

NESTOR.

Diebus Communibus. Adoretur, glorificetur, laudetur, celebretur exaltetur et benedicatur in cælo et in terra nomen adorandum et gloriosum Trinitatis tuæ, sempergloriosæ, Domine omnium.

Diebus communibus dicunt psalmum Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, *integrum cum suo canone, mysterii sacramentorum.*

Elevatio vocis. Quis præbebit jubilum, etc.

MALAB.

S. Coram throno superglorioso majestatis tuæ Domine mi, et excelsa summaque sede dominationis tuæ, et ara expiationis, quam fixit voluntas tua in loco habitationis gloriæ tuæ, nos populus tuus et oves pascuæ tuæ cum seraphinorum et illibus te laudantium, et decies angelorum et archangelorum millibus tibi ministrantium genua coram te flectimus, adoramus et glorificamus semper patrem filium et Spiritum sanctum in secula seculorum.

D. Amen.

S. Nomini magno, formidabili, sancto, laudabili, incomprehensibili Trinitatis tuæ supergloriosæ misericordiae etiam tuæ, quam erga genus nostrum ostendisti, gratias referre debemus incessanter, adorationem quoque et laudem tribuere: o rerum omnium Domine, Pater et Filius et Spiritus sanctus.

D. Amen.

S. Te Dominum omnium laudamus et te Jesum Christum glorificamus, quoniam tu es suscitator corporum nostrorum et salvator optimus animarum nostrarum, lavi pure manus meas et circumdedi altare tuum Domine.

D. Te omnium Dominum laudamus, te Jesum Christum glorificamus, quoniam tu es suscitator corporum nostrorum et Salvator optimus animarum nostrarum: gloria Patri et Filio et Spiritui sancto a seculo et usque in seculum. Amen et Amen.

Sac. et Diac. simul iterum repetunt. Te Dominum omnium laudamus: te Jesum Christum glorificamus, quoniam tu es suscitator corporum nostrorum et Salvator optimus animarum nostrarum: lavi pure manus meas et circumdedi altare tuum Domine.

Iterum repetit Sac. Te omnium Dominum laudamus, te Jesum Christum glorificamus, quoniam tu es suscitator corporum nostrorum et Salvator optimus animarum nostrarum.

D. Pax nobiscum.

S. Tu es vere Dominus meus, et suscitator corporum nostrorum, et salvator bonus animarum nostrarum, et custos assiduus vitæ nostræ, teque omni tempore laudare et glorificare debemus, Pater et Filius et Spiritus sanctus.

D. Amen.

NESTOR.

Oratio.

Coram throno, Domine, praeclaro majestatis tuæ, et solio excelso, atque sublimi gloriæ tuæ, et in sede terribili fortitudinis caritatis tuæ, altarique propitiatorio, quod voluntas tua stabilivit in regione pascuæ tuæ, cum millibus cherubim laudantibus te, et decies millibus seraphim sanctificantibus te, accedimus, adoramus, confitemur et glorificamus te, semper, omnium Domine.

In memoriis, et sextis Feriis. Nomen tuum magnum et sanctum, praeclarum et benedictum, beatum et incomprehensibile Trinitatis tuæ gloriôsæ, et gratiam tuam erga genus nostrum, debemus quocumque tempore confiteri, adorare et glorificare, omnium Domine.

Reponsorium ad cancellos, ut supra.

Quis praecepit. Pontifici.

MALAB.

S. Domine Deus noster quando spirabit in nobis odor suavissimus bonitatis et charitatis tuæ et cum corpora nostra ⁽¹⁾ veritatis tuæ splendore fuerint illustrata, tunc occurremus dilectissimo Filio tuo qui e cælo revelabitur, et in ecclesia tua quæ jam coronata est, colla: dabimus te incessanter quoniam tu es Dominus et Creator omnium, Pater et Filius et Spiritus sanctus.

D. Amen afferte vocem vestram, et collaudate omnes populi Deum vivum.

S. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis miserere nobis: Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

D. Sancte Deus, Sancte immortalis miserere nobis.

S. A seculo usque in seclum. Amen. et Amen

P. Sancte Deus Sancte fortis Sancte immortalis, miserere nobis.

Sac. versus populum. Stemus nos omnes pulchrè et cum lætitia et hilaritate petamus et dicamus, Domine noster miserere nobis.

⁽³⁾ *Populus et si non adest Diac.* Domine noster miserere nobis.

D. Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Salvatorem nos'rum, nostræque salutis dispensatorem et rerum omnium ducem te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

NESTOR.

Quam spirat in nobis Domine et Deus noster odor suavis dulcedinis caritatis tuæ: illuminatæ sunt animæ nostræ, per cognitionem veritatis tuæ: digni efficiamur suscipiendi manifestationem dilecti tui, de cælo sancto tuo: illic confitebimur tibi, et (interea) glorificabimus te indesinenter in ecclesia tua coronata et plena omnibus auxiliis et omnibus bonis, quia tu es Dominus et Creator omnium Pater.

Oratio incensi. Referemus hymnum Trinitati tuæ gloriosæ, Pater, Fili et Spiritus sancte.

Diebus jejunii. Et propter.

In commemoratione Sanctorum. ⁽²⁾ Tu Domine, vere es suscitator corporum nostrorum: tu es Salvator bonus animarum nostrarum, et conservator securus vitæ nostræ: nosque oportet te perpetuo confiteri, adorare et glorificare omnium Domine.

Ad Lectiones. Sanctus, laudandus, potens, immortalis, qui in sanctis habitas, et requiescit in eis voluntas tua: respice Domine, propitius esto et miserere nostri, sicut in omnibus auxiliator es omnium Domine.

(1) *Ante Diamper. correctionem legebatur:* "Et cum animæ nostræ veritatis tuæ scientia fuerint illustratæ. Facta est correctio ne censeretur quod justorum animæ Deum non vident ante novissimum iudicium.

(2) *Respondet supra in Malab. Liturg.* "Tu es vere Dominus Deus etc., pag. antec.

(3) *Subsequentia ad Diac. et Pop. pertinentia, non dantur in Lit. Nestor.*

D. Pro pace et unitate, totiusque mundi et omnium ecclesiarum consuetudine te rogamus.

Pop. Domine roster miserere nobis.

D. Pro aeris salubritate annique ac proventuum ubertate et totius orbis ornatu te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Pro sanctis patribus nostris, beatissimo papa ⁽¹⁾ nostro N. et episcopo hujus metropolis N. et ministris ipsorum, ut prospera valetudine perfruantur te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Misericordem Deum qui amore tuo omnia gubernas te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis,

D. Pietate divitem, et benignitate diffusum te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Essentia bonum et omnium donorum largitorem te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. In cælo supergloriosum, et in terra superlaudabilem te rogamus.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Natura immortalem, lucemque splendidissimam inhabitantem te rogamus: Salva omnes Christe Domine Deus noster gratia tua, et multiplica in nobis pacem et charitatem, et miserere nobis.

Pop. Domine noster miserere nobis.

D. Oremus, pax nobiscum.

Oremus obsecremusque Dominum Deum omnium, ut audiat vocem orationum nostrarum et auscultet preces nostras et misereatur nostri.

Oremus et pro ecclesia sancta catholica, quæ in toto terrarum orbe dispersa est, ut pax illa quæ est a Deo in ea permaneat usque ad seculi consummationem.

Oremus etiam et pro sanctis Patribus nostris episcopis, ut absque macula et querela omnibus diebus vitæ suæ in capite ecclesiarum suarum consistent: præcipue vero oportet nos orare pro incolunitate Patrum nostrorum sanctorum, domini nostri Papæ ⁽²⁾ N. et domini nostri episcopi hujus metropolis: Oremus ut custodiat eos Dominus, ac conservet in capite regum suorum ut pascant, et administrent, ac præparent Domino plebem perfectam æmulatricem honorum operum.

Oremus et pro presbyteris, et diaconis qui in ministerio hoc veritatis consistunt, ut corde optimo, et conscientia pura ministerium suum coram Deo expleant.

Oremus etiam pro omni congregatione sancta et sobria filiorum ecclesiæ

(1) *Ante Diamper. correct. legebatur*: "Pro sanctis patribus nostris patriarcha nostro pastore universali totius Ecclesiæ catholicæ et episcopo hujus metropolis, etc."

(2) *Ante correct*: "Domini patriarchæ totius Ecclesiæ pastoris."

sanctæ catholicæ, ut scilicet cursum optimum sanctitatis consumment et spem ac promissionem a Domino in regione vivorum recipiant.

Commemoremus autem beatissimam dominam Mariam, ⁽¹⁾ matrem Dei vivi, et Salvatoris, ac Redemptoris nostri: Oremus igitur ut Spiritus sanctus qui in ea habitavit, gratia sua nos sanctificet, et voluntatem suam in nobis adimpleat et veritatem suam in nobis signet omnibus diebus vitæ nostræ. Memoriam etiam veneremur prophetarum apostolorum ac martyrum, confessorumque: Oremus ut ipsorum precibus, ac passionibus, quas sustinuerunt, faciat nobis Deus cum eis spem optimam ac salutem, efficiamur quoque digni eorum commemorationibus benedictis, et veris ac vivis promissionibus in regno cælorum.

Commemoremus quoque Patres nostros ⁽²⁾ sanctos et veritatis doctores sanctum Cyrillum, sanctum Athanasium, sanctum Basilium, sanctum Ephrem, sanctum Augustinum, sanctum Leonem, sanctum Gregorium, omnesque doctores et presbyteros veritatis doctores: Oremus ut ipsorum orationibus veritas pura, et sincera doctrina quam ipsi docuerunt, et professi sunt in omni Ecclesia sancta custodiatur usque ad seculi consummationem.

Recordemur etiam et patrum fratrum nostrorum fidelium, qui ex hoc seculo in orthodoxa fide transierunt; Oremus, inquam, Dominum ut illos absolvat, eorumque peccata et prævaricationes dimittat et efficiat eos dignos, ut cum justis et rectis, qui divinæ voluntati obtemperaverunt, lætentur in secula.

Pro hac etiam provincia, et civitate, et pro his qui in ea degunt, præsertim vero pro congregatione hac oremus ut Dominus noster per gratiam suam avertat a nobis gladium, captivitatem, prædam, terræ motum, famem, ac pestem et cætera quæ animæ et corpori adversantur.

Pro his quoque qui a vera fide aberraverunt, et laqueis satanæ irretiti tenentur: Oremus ut convertat Dominus Deus corda eorum, et agnoscant unum esse Deum Patrem verum et Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum.

Oremus et pro infirmis, præcipue verò pro his, qui morbis difficillimis cruciantur, et a pessimis spiritibus tentantur: Oremus, ut Dominus Deus noster mittat eis angelum sanctorum amorum, et salutis, visitet, sanet, adjuvetque eos magnitudine gratiæ et misericordiæ suæ.

Pro egenis etiam, orphanis, viduis et afflictis, et his qui persecutionem patiuntur: Oremus, Dominus gratia sua regat eos, ac nutriat, pietateque sua consoletur, et benignitate sua eos liberet ab inferentibus illis vim.

⁽¹⁾ *Ante correct.*: "beatissimam Mariam virginem matrem Christi et Salvatoris"

⁽²⁾ *Ante correct.*: "Commemoremus quoque Patres nostros sanctos et veritatis doctores dominum et sanctum Nestorium, S. Deodorum, S. Theodorum, S. Ephrem, S. Abraham, S. Narcisum, omnes quoque doctores, et presbyteros veritatis cultores".

Sancto Ephrem excepto, omnes alii supra memorati celeberrimi Nestorianismi coryphaei fuerunt.

Orate postulateque a Deo omnium Domino amores, ut sitis illi regnum sacerdotium, et populus sanctus: clamate ad Dominum Deum fortem toto corde vestro et tota anima vestra, quoniam Deus Pater benignus ac misericors est, ac clemens, et non vult perire plasma suum, sed ut convertatur et vivat; super omnia vero decet et oportet Unos orare, laudare, et adorare, glorificare, et honorare, ac exaltare unum Deum Patrem Dominum, omnium adoratione dignissimum, qui per Jesum Christum Filium suum Dominum nostrum fecit nobis spem bonam, et salutem animabus nostris, ut scilicet ipse gratiam suam amoresque in nobis perficiat usque in finem. Amen. *Pop. Amen.*

Dum hæc diaconus recitat, stans sacerdos in medio altaris accipit patenam et præbente thura diacono, et tenente thuribulum ambabus manibus sum igne, immittit incensum in ignem in formam crucis, et patenam thuris odore imbuit dicens:

S. Domine Deus noster odoriferam fac patenam hanc in modo patenæ Aaron sacerdotis clarissimi in tabernaculo fœderis, tu qui es creator, et Dominus radicum aromatum suavissimum odorem spirantium in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Deinceps velum, quo cooperit calicem dicens:

Domine Deus noster odoriferum fac velum hoc in modum pallii, quo Elias propheta veritatis operiebat in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. *Deinde calicem, dicens.*

Domine Deus noster odoriferum redde calicem hunc, in modum calicis Aaron sacerdotis in tabernaculo fœderis, tu qui es creator radicum et aromatum suavissimum odorem spirantium in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. *Mittens vinum in calicem, dicit sacerdos:*

Misceatur vivum ⁽²⁾ in calice Domini nostri Jesu Christi in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. *Infundens aquam, dicit:*

Venit unus ex militibus, et percussit lancea latus Domini nostri Jesu Christi, et continuo exivit sanguis et aqua, et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus. *Rursus infundens vinum, dicit:*

Misceatur aqua vino, et vinum aqua in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Sacerdos ponens calicem coopertum super altare versus austrum procedit versus aquilonem ad cornu evangelii, et sumit hostiam, ac superponit patenæ, et ambabus manibus elevans procedit ad medium altaris; et præparatum calicem manu dextra accipiens, manus in formam crucis complicatas super aram extendens dicit:

(1) *Ante correct.*: "Oportet nos orare et exaltare unum Deum Patrem Dominum omnium adoratione dignissimum, qui per Christum fecit nobis spem bonam."

(2) *Ante correct.*: "Misceatur pretiosus sanguis in calice Domini nostri Jesu Christi."

S. Expectans expectavi Dominum, panem sanctum (1), et calicem pretiosum super sanctum altare, omnes offeramus timore pariter, et honore, et cum angelis clamemus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus noster.

D. Edent pauperes et saturabuntur: panem sanctum (2) et calicem pretiosum super sanctum altare, omnes offeramus timore pariter, et honore, et cum angelis clamemus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus.

Oremus, pax nobiscum.

Sacerdos silentio dicit: Offeratur, et gloria immoletur Trinitati tuæ supergloriosæ in secula seculorum, et Jesus Christus Dominus noster, Dei Filius, (3) qui oblatus est pro salute nostra et præcepit nobis ut sacrificemus in memoriam passionis, mortis, sepulturæ, ac resurrectionis ejus, suscipiat sacrificium hoc de manibus nostris per gratiam et amores suos in secula seculorum.

Sacerd. superponens altari oblata, silentio dicit:

S. Constituantur et ordinentur mysteria hæc supergloriosa, et sancta vitam conferentia, et divina super altare sanctum Christi usque ad gloriosum e cælo ipsius adventum, cui est laus, gloria et adoratio modo, et omni tempore, et in secula seculorum.

Elevens vocem dicit:

Gloria Patri, et Filio et Spiritui sancto, super altare sanctum fiat commemoratio Virginis Mariæ (4) matris ipsius Dei et Domini nostri Jesu Christi.

D. A seculo et usque in seculum. Amen et Amen, Apostoli ipsius filii Dei, (5) et amici unigeniti orate ut fiat pax in creatura.

S. Dicat omnis populus Amen et Amen: commemoratio tua, sancte Thoma apostole Pater noster sancte, super altare sanctum cum justis qui vixerunt, et martyribus cui corona donati sunt.

D. Dominus fortis nobiscum, rex noster nobiscum, angelus noster, et adjutor noster Deus Jacob.

S. Pusilli cum majoribus, ecce spe bona dormierunt omnes fideles, qui humanitatis debitum persolverunt, et per resurrectionem (6) tuam supergloriosam suscitabis eos ad gloriam tuam.

D. Effundite coram illo corda vestra, jejunio, oratione, et pœnitentia, placaverunt (7) patrem, Filium et Spiritum sanctum.

Operiens oblata sacerdos dicit:

S. Amictus es lumine sicut vestimento, et extendisti cælum sicut cortinam, nunc et semper et in secula seculorum.

Dum sacerdos lavat manus, dicit diaconus:

(1) *Ante correct.*: "Corpus Christi et sanguinem ejus pretiosum super sanctum altare offeramus."

(2) *Ante correct.*: "Corpus Christi et sanguinem ejus pretiosum super sanctum altare offeramus." (3) *In correct. add.*: "Jesus... Dominus noster Dei Filius."

(4) *Ante correct.*: "...Matris Christi." (5) *In correct. add.*: "Dei".

(6) *Ante correct.*: "Et resurrectione tua supergloriosa resuscitabis eos ad gloriam tuam." (7) *Ante correct.*: "Placaverunt Christum, Patrem quoque et Spiritum ejus".

MALAB.

D. Prece et obsecratione angelum pacis et amorum postulemus.

Pop. A te Domine.

D. Nocte et die, et omnibus diebus vitæ nostræ sempiternam pacem Ecclesiæ tuæ et vitam absque peccatis, postulamus.

Pop. A te Domine.

D. Peccatorum remissionem, et quæ vitæ nostræ emolumenta præbent, et divinitatem suam placant, postulamus. *Pop.* A te Domine.

D. Misericordias Domini, et ejus benignitatem, et semper et omni tempore postulamus. *Pop.* A te Domine.

D. Nos et animas nostras Patri, Filio et Spiritui sancto commendemus.

Pop. Tibi Domine Deus.

S. Rogamus, et obsecramus te Dominum Deum, fortem, perface in nobis gratiam tuam, et per manus nostras dona tua effunde, amoresque tuos, et deitatis tuæ benignitatem, et sint in propitiationem debitorum populi tui et remissionem peccatorum omnium ovium pascuæ tuæ, quas per gratiam, et amores tuos tibi elegisti: o omnium Domine Pater, et Filius et Spiritus sanctus. *D.* Amen.

D. Inclinate capita vestra in manus impositionem et accipite benedictionem. *Sacerdos in silentio dicit:*

Domine Deus fortis, tua est Ecclesia sancta catholica, quæ admirabili Christi Filii ⁽¹⁾ tui passione empta est: oves pascuæ tuæ, per gratiam autem Spiritus sancti qui est æqualis tibi deitate supergloriosa, ordines veri sacerdotii conferuntur: tu veró Domine mi per clementiam tuam effecisti dignam exiguitatem naturæ nostræ miseræ, ut possimus homines membra præclarissima fieri corporis magni, quod est Ecclesia catholica, et ministerio tuo animabus credentium spiritalia auxilia conferamus: tu ergo Domine mi perface in nobis gratiam tuam, et per manus nostras dona tua effunde, fiant quoque super nos amores tui, ac pietas deitatis tuæ super populum hunc quem elegisti tibi.

Sacerdos elevat vocem. Da etiam nobis Domine mi benignitate tua, ut omnes nos, omnibus diebus vitæ nostræ deitati tuæ qualiter placeamus operibus nimirum optimis justitiæ, quæ supergloriosæ voluntati misericordiæ tuæ nos reddunt acceptos, et in hunc modum auxilio gratiæ tuæ digni efficiamur ad offerendum tibi carmen, honorem, et laudem et adorationem, Domine omnium Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.

D. Amen. Qui non suscepit baptismum, discedat.

Chorus. Veré.

D. Qui non accepit vitæ signaculum, discedat.

Chorus. Veré.

D. Qui non suscepit illud discedat.

S. Ite audientes, et videte ostia.

(1) *In correct. add:* "Filii".

MALAB.

Oremus pax nobiscum.

S. Illumina Domine Deus noster motus cogitationum nostrarum ut auscultemus, et intelligamus vocem suavissimam præceptorum tuorum vitam conferentium, ac divinorum: da quoque nobis per gratiam tuam et amores tuos ut ex eis emolumentum discerpamus, charitatem nimirum, spem et salutem, quæ animæ corporique expediunt et decantemus tibi semper laudem absque cessatione omni tempore, Domine omnium Pater, et Filius et Spiritus sanctus.

D. Amen.

Te sapientissimum gubernatorem, et admirandum domesticorum tuorum cu-

ratorem, et gazophilatium magnum ex quo omne bonum auxiliumque pietate tua procedit: obsecramus, convertere Domine mi, et propitius esto nobis, miserereque nostri semper sicut et soles Domine omnium Pater, et Filius et Spiritus sanctus. D. Silete.

S. Paulus apostolus epistola ad Corinthios, fratres mei, benedic Domine mi. D. Benedicat te Christus.

S. Scimus enim quod et si domus nostra, quæ in terra est corporis hujus dissolvatur, (2. Cor. V. v. 1—10) sive bonum sive malum. Vivus ⁽¹⁾ est enim sermo ipsius Dei et omnium operator, et penetrabilior omni gladio anticipati, et pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque, et medullæ, et ossium, et judicans cogitationes et intentiones cordis, et non est creatura abscondita a conspectu ejus, sed omnia nuda, et aperta sunt coram oculis ejus, cui reddemus rationem.

D. Gloria Christo Domino.

Sacerdos in medio altaris scans aliquantulum inclinatus dicit: Te splendorem gloriæ ipsius Patris et substantiæ genitoris tui imaginem, qui in corpore humanitatis nostræ apparuisti, et illuminasti mentem nostram lumine evangelii tui, vitam elargientis, te inquam laudamus et adoramus, et glorificamus omni tempore Domine omnium Pater, et Filius et Spiritus sanctus.

S. Sapientem me fac Domine doctrina tua sancta, et da mihi ut absque intermissione et sine macula ministrem coram te per custodiam mandatorum

NESTOR.

Ad Apostolum.

Illumina nobis Domine et Deus noster, motus cogitationum nostrarum ad audiendum et intelligendum auditiones suaves mandatorum tuorum vivificantium et divinorum: et concede nobis per gratiam et misericordiam tuam, ut ex illis colligamus argumentum dilectionis et spei; salutemque animæ et corpori convenientem: canemusque tibi gloriam perpetuam indesinenter, et semper, omnium Domine.

Diebus jejunii.

Tibi gubernator sapiens, etc.

Descendens salutabit evangelium, dicens hanc orationem coram altari: Te germen præclarum Patris tui, et imaginem personæ genitoris tui, qui revelatus es in corpore humanitatis nostræ, et ortus es nobis in lumine annuntiationis tuæ, te confitemur, adoramus. etc.

(1) Heb. IV. 12

MALAB.

tuorum vitam conferentium, divinorumque Domine omnium Pater, et Filius et Spiritus sanctus. *D. Silentium est, silete.*

S. Pax nobiscum. D. Et tecum et cum spiritu tuo.

S. Evangelium sanctum Domini nostri Jesu Christi prædicatio Joannis.

D. Gloria Christo Domino.

S. Benedic Domine mi. D. Benedicat te Christus.

S. Dixit Jesus: Amen amen dico vobis non posse filium facere (Joan. v. a v. 19 ad 29.) qui mala egerunt in resurrectionem judicii.

D. Gloria Christo Domino.

Sacerdos incipit et cum diacono simul prosequitur: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem, etc. (ut in missali Romano.)⁽¹⁾

D. Oremus: Pax nobiscum: Orate in memoriam reducentes patres nostros Catholicos, et omnes presbyteros, et diaconos, adolescentes, et virgines, et omnes fideles, qui é vivis excesserunt, veraque fide mortui sunt: omnes etiam patres nostros, et fratres, filios et filias, reges quoque fideles a Christo dilectos, et omnes prophetas, et apostolos, martyres et confessores hujus loci, et omnium regionum: Oremus, inquam,⁽²⁾ *det nobis, ut efficiamur socii eorum, spe bona et hæreditate vitæ regni cœlestis: insuper ut hæc oblatio suscipiatur confidenter, et per Dei verbum ac Spiritum sanctum consecratur, ut sit nobis in auxilium, et salutem et vitam æternam in regno cœlesti per gratiam Dei, et Domini nostri Jesu Christi.*⁽³⁾

Interim submissa voce orat sacerdos dicens: Sit tibi gloria inventor eorum, qui perierunt: gloria tibi dispersorum collector et longinquorum reductor: gloria tibi qui aberrantes ad scientiam vertitates convertis: gloria tibi, Domine mi, qui vocasti me miserum pietate tua, et gratia tua accedere me ad te jussisti et constituisti me tanquam insigne membrum in corpore magno Ecclesiæ sanctæ, ut offeram tibi sacrificium hoc unum sanctum, et acceptabile, quod est memoria passionis et mortis, sepulturae et resurrectionis Domini nostri, et salvatoris Jesu Christi, per quem placuit tibi omnium hominum peccata dimittere.

NESTOR.

Et post proclamationem:⁽⁴⁾*Te Domine Deus potens deprecamur et rogamus, perfice nobiscum gratiam tuam et effunde per manus nostras donum tuum, misericordiam et miserationem divinitatis tuæ. Sint nobis ad propitiatio-*

(1) *Ante correct. post* "A Patre natum ante omnia secula:" *omitteb.* "Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero." *Vicè* "consubstantialem Patri" *dicitur:* "Filius essentiæ Patris."

(2) *Ante correct. intercalabatur* "Ut resurrectione quæ est ex mortuis a Deo corona donetur etc." *relate ad martyres et confessores.*

(3) *Ante correct.:* "Per gratiam Christi."

(4) *Respondet supra in Malab. liturg.* "Rogamus et obsecramus, etc." *pag. 25.*

NESTOR.

nem delictorum populi tui, et ad remissionem peccatorum totius gregis pascuæ tuæ, per gratiam tuam et miserationes tuas, bone et amator hominum, Domine omnium.

Diaconi dicunt:⁽¹⁾ *Inclinate capita vestra-*

Sacerdos dicit orationem secretam hanc in Bemate:

⁽²⁾ Domine Deus omnipotens, tua est Ecclesia sancta catholica, quippe qui per passionem magnam Christi tui, emisti oves pascuæ tuæ, et ex gratia Spiritus sancti, ipsius qui unius est cum divinitate tua gloriosa naturæ, dantur gradus ordinationis sacerdotalis veræ: et per clementiam tuam Domine dignatus es imbecillitatem nostram facere membra spiritualia in corpore magno Ecclesiæ tuæ sanctæ; ut ministrarem auxilium spirituale animabus fidelibus. Tu nunc Domine perfice nobiscum gratiam tuam, et effunde per manus nostras donum tuum, et misericordiæ tuæ et clementia divinitatis tuæ, sint super nos, et super populum istum quem elegisti tibi.

Elevans vocem.⁽³⁾ Et da nobis Domine per clementiam tuam, ut nos omne simul æqualiter omnibus diebus vitæ nostræ placeamus divinitati tuæ, dignique efficiamur auxilio gratiæ tuæ, ad offerendum tibi laudem, honorem, confessionem, et adorationem, omni tempore Domine.

Et ascendunt diaconi ad altare et dicunt:⁽⁴⁾ Qui non accepit baptismum, etc.

Et incipit sacerdos responsorium mysteriorum, inferuntque sacrista et diaconus discum et calicem super altare. Sacerdos manus format in modum crucis et dicit.⁽⁵⁾ Offerimus laudem Trinitati tuæ gloriosæ omni tempore et in secula. *Et proseguitur:*

⁽⁶⁾ Christus qui immolatus est pro salute nostra, praecepitque nobis ut ageremus commemorationem mortis et resurrectionis suæ, ipse suscipiat sacrificium hoc ex manibus imbecillitatis nostræ: per gratiam suam et miserationes suas in secula. Amen. *Et proseguitur:*

⁽⁷⁾ Imponuntur mysteria praeclara, sancta et vivifica super altare Domini potentis, usque ad ejus adventum, in secula. Amen.

Lauda. Memoria tua. Pater noster. Apostoli patris. Super altare sanctum. Qui dormierunt. Matthæus. Marcus. Lucas, etc.

MALAB.

Odorat sacerdos eos qui a dextris altaris stant, et dicit eis:

Benedicite Domini mei, et orate pro

LITURGIA BEATORUM APOSTOLORUM,
COMPOSITA Á S. ADEO ET S. MARI O-
RIENTALIUM DOCTORIBUS.

Accedit sacerdos ad celebrandum, terque inclinatur coram altari, cujus medium osculatur: tum cornu dextrum et sinistrum, et inclinatur ad ejus partem sublimiorem; et dicit:

Benedic Domine. Orate pro me pa-

(1) (2) (3) (4) Respondent supra in Liturg. Malabar. "Inclinate", "Dom. Deus fortis", "Da etiam nobis", "Qui non suscepit", pag. 25.

(5) (6) Idem, "Offeratur... qui oblatus est." pag. 24.

(7) Idem, "Constituuntur... mysteria". pag. 24.

MALAB.

me, Patres mei, et fratres mei et magistri mei, ut consecretur oblatio hæc per manus meas.

Illi respondent cum diacono.

Pop. et diac. Christus exaudiat orationes tuas, et suscipiat oblationem tuam et splendidum faciat sacerdotium tuum, et complacet tibi in hoc sacrificio quod tu offers pro te, pro nobis, et pro universa catholica Ecclesia et omnibus orthodoxis, atque catholicis apostolicæ fidei cultoribus per gratiam et amores tuos in secula seculorum Amen.

do illi respondent: tum inclinatur versus altare et dicit: Deus omnium Dominus sit cum omnibus nobis per gratiam suam et miserationes, in secula. Amen.

Et inclinatus ad diaconum qui est a sinistra, dicit: Deus omnium Dominus confirmet verba tua, et præstet tibi pacem, suscipiatque oblationem hanc ex manibus meis, pro me, et pro te et pro toto corpore Ecclesiæ sanctæ catholicæ, et pro universo mundo: per gratiam ejus in secula.

Sacerd. adorat inclin. coram altari.
Etiam Dominus Deus noster, ne respicias multitudinem peccatorum meorum, neque moleste ferat dominatio tua onus peccatorum nostrorum, sed per ineffabilem gratiam tuam consecra sacrificium istud, et da in eo virtutem, et potestatem, ut possit peccata nostra plurima abolere, cumque extremo tempore apparueris per humanitatem quam ex genere nostro assumpsisti, inveniamus coram te gratiam, et amores, et digni efficiamur laudare te cum multitudine angelorum.

Surgit et dicit: Confitemur et laudamus Domine Deus noster supereffusas gratiarum tuarum opes in nos: cum enim peccatores, ac debiles esseimus,

NESTOR.

tres, fratres et domini mei ut Deus det mihi virtutem et possibilitatem, quo perficiam ministerium hoc, ad quod accessi, suscipiaturque oblatio hæc ex manibus imbecillitatis meæ pro me, pro vobis, et pro toto corpore Ecclesiæ sanctæ catholicæ, per gratiam ejus, et miserationes ejus in secula. Amen.

Et respondent: Christus exaudiat orationes tuas, gratumque habeat sacrificium tuum; suscipiat oblationem tuam, honoretque sacerdotium tuum; et det nobis per mediationem tuam, veniam delictorum nostrorum, et remissionem peccatorum nostrorum, per gratiam suam et miserationes suas in secula.

Mox inclinatur se ad partem inferiorem, eadem pronuntiando, eodemque modo

Inclinatur se ad altare et secreto dicit:
Domine et Deus noster ne aspicias ad multitudinem peccatorum nostrorum, neque avertatur dignitas tua propter gravitatem nequitiarum nostrarum, sed per gratiam tuam inenarrabilem sanctifica sacrificium istud, et da per illud possibilitatem et virtutem, ita ut obliviscaris peccata nostra multa, sisque propitius, cum manifestaberis in fine temporum, in homine quem nobis assumpsisti, inveniamusque coram te gratiam et misericordiam, dignique efficiamur laudandi te cum cœtibus intellectualibus.

Surgit et dicit hanc orationem secreto: Confitemur Domine et Deus noster divitias abundantes gratiæ tuæ erga nos: *Et prosequitur:* Qui cum pecca-

MALAB.

NESTOR.

ob multitudinam tamen misericordiæ tuæ dignos nos effecisti dispensatione sacramentorum sanctorum, corporis et sanguinis Christi Filii (1) tui: petimus ergo auxilium tuum robur animarum nostrarum, ut charitate perfecta et vera fide, donum tuum, quod apud nos est, administremus offeramusque tibi carmen, honorem, laudem et adorationem nunc et in secula seculorum.

D. et Chorus. Amen.

S. Pax vobiscum.

D. Et tecum et cum spiritu tuo.

S. Prebete pacem alterutrum.

D. et Chor. Et pro omnibus patriarchis, episcopis, presbyteris, et diaconis

et pro his qui vita functi ex hac ecclesiæ congregatione exierunt: et pro beatissimo Papa nostro, (2) proque mundi pace, et anni corona, ut scilicet benedicatur, et misericordia tua adimpleatur: pro omni etiam Ecclesiæ germine quod dignum reperitur, oblationem hanc, quæ in conspectu tuo est, suscipere insuper et pro omnibus servis et pro nobis omnibus suscipiatur oblatio hæc in secula seculorum.

Suscipiunt pacem et dicit diaconus:

Petamus, confiteamur, et obsecremus omnes choraulice Dominam, state pulchri, et attendite his quæ aguntur

tremendis mysteriis, quæ consecrantur: sacerdos accessit ut oret, ut ejus intercessione pax multiplicetur in vobis. Oculos vestros deorsum dimittite, et mentem vestram vigilanter curate, in cælum levate, petite, et obsecramini hoc tempore, nemoque loqui audeat; et qui orat, corde oret, in silentio et timore permanente, pax vobiscum.

Interim orat sacerdos et dicit: Domine Deus fortis imbecillitatem meam roborata misericordia tua et gratiæ tuæ auxilio dignum me fac, ut offeram tibi oblationem in emolumentum omnium hominum, et in laudem Trinitatis tuæ supergloriosæ. Pater et Filius et Spiritus sanctus in secula.

tores et humiles essemus, propter multitudinem clementiæ tuæ fecisti nos dignos administrandi mysteria sancta corporis et sanguinis Christi tui. Petimus auxilium a te ad robur animarum nostrarum, ut in caritate perfecta et in fide vera administremus donum tuum erga nos. *Canon.* Et referemus tibi laudem, gloriam, confessionem et adorationem, nunc et semper et in secula seculorum. *Signat se signo crucis, et respondent:* Amen.

Et prosequitur: Pax vobiscum.

Respondent: Tecum et cum spiritu tuo.

Et dant pacem sibi invicem et dicunt:

Pro omnibus catholicis, etc.

Diaconus dicit: Confiteamur, rogemus et deprecemur, etc.

Sac. dicit hanc orationem secreto: Domine Deus potens adjuva imbecillitatem meam, per clementiam tuam et per ajutorium gratiæ tuæ: meque dignum fac offerendi coram te oblationem hanc, tanquam ad commune omnium auxilium, et ad laudem Trinitatis tuæ Pater, Fili et Spiritus sancte.

Alia oratio quæ dicitur etiam in liturgia Nestorii. Domine et Deus nos-

(1) *In correct. add.* "Fili".

(2) *Ante correct. non orabatur pro Papa.*

NESTOR.

ter coerce cogitationes meas, ut non evageatur in vanitatibus mundi hujus. Domine Deus noster da mihi ut uniar dilectioni caritatis tuæ, quamvis indignus sim. Gloria tibi Christe.

Ascende in thalamum luminis praeclari tui Domine: semina in me semen bonum humilitatis: et sub alis gratiæ tuæ absconde me, per misericordiam tuam. Si iniquitates observaveris Domine, quis poterit consistere? quia apud te propitiatio est.

MALAB.

Discooperit mysteria et benedicit incensum et immittit in thuribulum et dicit sacerdos:

Gratia Domini nostri Jesu Christi et caritas Dei Patris, communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus nobis nunc, et in secula seculorum.

D. Amen.

S. Sursum sint mentes vestræ.

D. Apud te Deum Abraham, Isaac, et Israel regem supergloriosum.

S. Oblatio Deo omnium Domino offertur.

D. Dignum et justum est, pax nobiscum.

S. Domine Deus fortis da nobis facierum relevationem coram te, ut confidenter perficiamus ministerium istud vivum, et sanctum conscientis mundis, et ab omni labe, malitia, æmulatione et dolo ac amaritudine alienis, et semina in nobis, Domine mi, caritatem et animorum unitatem ad invicem; et Ecclesiam tuam sanctam catholicam, hic et ubique terrarum ab omni nocumento, culpa ac perturbatione custodi per gratiam et amores tuos in secula.

Cantores Dicunt: Benedic Domine mi.

Sacerdos interim orat.

Omnium ore glorificetur, et omnibus linguis laudetur, et ab omnibus creaturis adoretur et exaltetur nomen adorandum et supergloriosum Trinitatis

Cum dixerit diaconus: Vigilanter et attente, statim surgit sacerdos et discooperit sacramenta, auferens velum quo tegebantur: benedicit incensum et dicit canonem, alta voce:

Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei Patris et communicatio Spiritus sancti, sit cum omnibus nobis nunc, etc. *Signat sacramenta, et respondent:*

Amen.

Sacerdos prosequitur: Sursum sint mentes vestræ.

Respondent: Sunt ad te Deus Abraham, Isaac, et Israel Rex gloriose.

Sacerdos. Oblatio Deo omnium Domino offertur.

Respondent: Dignum et justum est.

Diaconus. Pax nobiscum.

Sacerdos imponit incensum et dicit hanc orationem:

Domine, Domine da mihi apertam faciem coram te, ut cum fiducia, quae a te sit perficiamus sacrificium hoc tremendum et divinam conscientis ab omni nequitia et amaritudine puris. Semina in nobis Domine dilectionem, pacem et concordiam ad invicem et erga quoscuoque.

omni nocumento, culpa ac perturbatione custodi per gratiam et amores tuos in secula.

Et erectus dicit secreto: Dignum est gloria ab omni ore, et confessione, ab omnibus linguis; et adoratione atque exaltatione ab omnibus creaturis; nomen adorandum et gloriosum patris

MALAB.

præclarissimæ, Patris et Filii et Spiritus sancti, qui bonitate sua seculum creavit, et omnes in eo habitantes, et filios hominum pietate sua salvavit, et fecit mortalibus misericordiam magnam. Majestatem tuam, Domine mi, adorant ac venerantur millia millium superiorum, et decies millia decies millium angelorum sanctorum et exercitus spirituum ignis nomen tuum glorificant, et cum cherubinis sanctis, et seraphinis magnitudini tuæ adorationem offerunt, et clamant, et absque intermissione glorificant et dicunt alter ad alterum:

D. et Chor. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus fortis, pleni sunt cœli et terra carminibus ejus: Hosanna in excelsis, hosanna filio David: Benedictus qui venit, et venturus est in nomine Domini, hosanna in excelsis.

Sac. prosequitur: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus fortis, pleni sunt cœli et terra carminibus ejus, et essentia subsistentiæ ejus, et splendore pulchritudinis supergloriosæ ipsius, ita ut cœlum et terram ego impleam, dicit Dominus: Sanctus tu Deus Pater veritatis, a quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur: Sanctus et Filius tuus unigenitus Dominus noster Jesus Christus per quem omnia facta sunt: Sanctus etiam Spiritus veritatis omnium causa per quem omnes sanctificantur: vae mihi, vae mihi obstupesco enim, quoniam vir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum viderunt oculi mei: quam terribilis est locus iste hodie, in quo facie ad faciem visus est Dominus, et nunc fiat misericordia super nos, et purifica saniem nostram et sanctifica labia nostra, et commisce voces imbecilitatis nostræ seraphincrum

NESTOR.

et Filii, et Spiritus sancti; qui creavit mundum per gratiam suam, et habitatores ejus per clementiam suam, qui salvavit homines per misericordiam suam, et prestitit gratiam magnam erga mortales. Majestatem tuam Domine benedicunt et adorant: millies milleni superni (spiritus) et decies mille myriades angelorum sanctorum, exercitus spiritualium, ministri ignis et spiritus; cum cherubim sanctis, et seraphim spiritualibus, nomen sanctificant et celebrant, clamantes, et laudantes, indesinenter clamando alter ad alteram:

Dicunt alta voce: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus potens, pleni sunt cœli et terra gloria ejus, etc.

Sacerdos secreto: Sanctus, Sanctus, Sanctus es, Domine Deus potens cujus gloria pleni sunt cœli et terra et natura substantiæ ejus: ut honore splendoris ejus gloriosi: (sicut scriptum est) cœlum et terra plena mei sunt, dicit Dominus potens. Sanctus es Deus Pater, vere solus, a quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur.

Sanctus es Fili æternæ, per quem omnia facta sunt.

Sanctus es Spiritus sancte, æterne, per quem omnia sanctificantur.

Væ mihi, vae mihi, qui obstupui, quia vir pollutus labiis habito, et regem Dominum potentem viderunt oculi mei. Quam terribilis est hodie locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei et porta cœli, quia oculo ad oculum visus es Domine nunc vero adsit nobiscum gratia tua, Domine. Nunc vero adsit nobiscum gratia tua Domine, purga immunditias nostras et sanctifica labia nostra. Junge voces

MALAB.

NESTOR.

laudibus, et archangelorum, qui decantant tui amoris gloriam, homines enim corporeos spiritibus sociasti:

Cum his igitur cœlestibus exercitiis, etiam nos servi tui miseri, debiles, et inutiles laudamus te Dominum meum, quoniam fecisti nobiscum misericordiam maximam, cui rependere gratiam nequimus: indatas es enim humanitate nostra, ut Deitate tua vivificares nos, et exaltasti humilitatem nostram, et erexisti casum nostrum, dimisisti nobis debita nostra, et justificasti nos peccata nostra delens, illuminasti scientiam nostram et inimicos nostros Domine Deus noster reos esse demonstrasti, et ob supereffusos amores gratiae tuae exiguitati imbecillae naturae nostrae victoriam tribuisti:

Pro omnibus igitur auxiliis et misericordis nobis exhibitis offeramus tibi carmen, honorem et laudem, ac adorationem, nunc et semper et in secula seculorum.

Signat his verbis super oblata:

D. Amen: Orate mentibus vestris: pax nobiscum.

tenuitatis nostrae, cum sanctificatione seraphim et archangelorum. Gloria miserationibus tuis, quia terrenos sociasti cum spiritualibus. *Et porseq. secr. dicens inclinatus hanc orationem:*

Et cum illis potestatibus cœlestibus confitemur tibi, nos etiam servi tui, tenues, imbelles et infirmi, quia praestitisti nobis gratiam tuam magnam, quae rependi non potest. Nempe induisti humanam naturam: ut vitam nobis praestares per divinitatem tuam: exaltasti humilitatem nostram: erexisti ruinam nostram: resuscitasti mortalitatem nostram: dimisisti peccata nostra et justificasti reatum peccatorum nostrorum: illuminasti intelligentiam nostram, et condemnasti Domine Deus noster inimicum: et triumphare fecisti tenuitatem naturae imbellis nostrae. Per miserationes effusas gratiae, o clemens, remitte delicta et peccata: dimitte delicta mea, in iudicio. Et propter omnia auxilia tua, et gratias tuas erga nos referemus tibi hymnum, honorem, confessionem, et adorationem, nunc et semper, et in secula seculorum.

Sacerdos signat sacramenta. Respondetur Amen.

Diaconus. In mentibus vestris. Orate pacem nobiscum.

Sac. dicit hanc orationem, inclinatus et submissa voce: Domine Deus po-

tens suscipe hanc oblationem, pro omni Ecclesia sancta catholica et pro omnibus patribus piis et iustis qui placiti fuerunt tibi et pro omnibus prophetis et apostolis, et pro omnibus martyribus et confessoribus, et pro omnibus lugentibus, angustiatis et aegrotis, et pro omnibus necessitatem et vexationem patientibus, et pro omnibus infirmis et oppressis; et pro omnibus defunctis, qui a nobis separati migraverunt: tum pro omnibus qui petunt orationem ab infirmitate nostra, et pro me peccatore humili et infirmo. Domine Deus noster, secundum miserationes tuas, multitudinemque gratiarum tuarum, aspice populum tuum, et me infirmum, neque secundum peccata mea et insipientias meas, sed ut digni fiant remissione peccatorum suorum, per corpus hoc sanctum quod cum fide accipiant, per gratiam misericordiae tuae, in secula seculorum. Amen.

MALAB.

NESTOR.

S. Domine Deus exercituum audi vocem clamoris mei nunc in conspectu tuo, et ausculta Domine mi, et audi gemitus meos atque suspiria, quibus etiam dominatione tua ingemisco, suscipeque preces mei peccatoris: hac enim hora, qua Patri tuo sacrificium offertur, rogo gratiam tuam, miserere omnium creaturarum, dimitte debitoribus, reduce errantes, solare afflictos: perturbatis pacem dato, infirmos sana, spiritu tribulatos audi, et lenimen illis impertire, eleemosynas justitiam operantium perfice, et propter nomen sanctum tuum propitius esto et mihi peccatori per gratiam tuam.

Etiam Domine Deus exercituum, suscipiatur oblatio hæc pro omni Ecclesia catholica et pro sacerdotibus, et principibus⁽¹⁾ catholicis pro pauperibus

quoque oppressis, lugentibus ac miseris, et pro fidelibus defunctis, et pro omnibus illis qui orationem imbecillitatis meae expectant et pro peccatis meis: etiam Domine Deus meus secundum amores tuos et multitudinem misericordiae tuae populum tuum visita, et meam infelicitatem, et quidem non secundum peccata nostra, et iniquitates meas, sed digni efficiamur remissione peccatorum nostrorum, per sanctum corpus, quod fide suscipiemus, per gratiam quæ est a te. Amen.

Sacerdos profunde inclinatus orat:

Tu Domine mi propter plurimos amores tuos suscipe commemorationem optimam et acceptabilem patrum qui justi et recti fuerunt et tibi placuerunt, recordationis corporis et sanguinis Christi Filii⁽²⁾ tui, quod super altare purum ac sanctum offerimus tibi, sicut edocuisti nos et fac nobiscum pacem, et tranquillitatem tuam omnibus diebus seculi:

Etiam Domine Deus noster fac nobiscum pacem, ut cognoscant omnes habitatores, terrae, quia tu es Deus,

In alio codice ita incipit illa oratio:
Domine Deus potens, exaudi vocem clamoris mei coram te hoc tempore; intende Domine et audi gemitus meos coram majestate tua, suscipeque deprecationem mei peccatoris, qua impello gratiam tuam, hac hora qua offertur sacrificium Patri tuo. Miserere omnium creaturarum: parce reis, converte errantes; oppressos recrea; turbatis quietem præsta: sana infirmos, consolare afflictos; et perfice eleemosynas eorum qui operantur justitiam, propter nomen tuum sanctum. Mei quoque peccatoris miserere per gratiam tuam, Domine Deus potens:

Suscipiatur oblatio hæc pro universa Ecclesia sancta catholica, et pro sacerdotibus, regibus, principibus. *Et reliqua ut supra.*

Sacerdos dicit hanc orationem inclinationis secreto:

Tu Domine per miserationes tuas multas et inenarrabiles, fac memoriam bonam et acceptabilem omnibus partibus piis et justis, qui placiti fuerunt coram te in commemoratione corporis et sanguinis Christi tui, quod offerimus tibi super altare tuum purum et sanctum, sicut docuisti nos: et præsta nobis tranquillitatem tuam, omnibus diebus seculi hujus.

Prosequitur. Domine Deus noster præsta nobis tranquillitatem et pacem tuam, omnibus diebus seculi hujus: ut

(1) *In correct. add. "catholicis".*

(2) *In correct. add. "Filii".*

MALAB.

Pater solus veritatis, et tu misisti Jesum Christum dilectissimum Filium tuum, et ipse Dominus Deus noster venit et docuit nos omnem sanctitatem, ac munditiam prophetarum et apostolorum, martyrum et confessorum, episcoporum et doctorum, presbyterorum et diaconorum, et omnium filiorum Ecclesiae sanctae catholicae, qui signo vitae, baptismo nimirum sancto signati sunt:

Nos igitur, Domine mi, servi tui debiles, et inutiles, qui in nomine tuo congregati hoc tempore stamus coram te, et traditione sancta exemplum didicimus a te, cum exultatione et gaudio glorificamus, exaltamus, et venerantes memoriam sacrificamus mysterium hoc magnum, ac formidabile, sanctum, et divinum, passionis et mortis, sepulturae et resurrectionis Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi.

Veniat ergo Domine mi Spiritus tuus sanctus, et requiescat super oblationem hanc servorum tuorum, et sanctificet eam, ut sit nobis Domine mi in debitorum solutionem, et peccatorum remissionem, et in maximam spem resurrectionis ex mortuis, et vitam novam in regno caelesti cum omnibus qui placuerunt:

Insuper et pro omni admirabili dispensatione tua, quae erga nos facta est, laudemus, et glorificemus te absque cessatione in Ecclesia tua, sanguinet Christi Filii⁽¹⁾ tui redempta, (*elevat vocem*) apertoque ore, ac facie revelata offerimus tibi carmen et honorem, lau-

NESTOR.

cognoscant te omnes habitatores terrae; quia tu es Deus Pater verus solus; et tu misisti Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum et dilectum tuum; et ipse Dominus Deus noster venit et docuit nos omnem puritatem et sanctitatem; memoriam fac prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, episcoporum, doctorum, sacerdotum, diaconorum et omnium filiorum Ecclesiae sanctae catholicae, qui obsignati sunt signo vitae, baptismatis sancti.

Prosequitur. Servi tui humiles, imbecilles et infirmi, qui congregati sumus in nomine tuo nuncque stamus coram te et accepimus cum jubilo formam quae a te est, laudantes, glorificantes et exaltantes, commemoramus et celebramus, mysterium hoc magnum et tremendum, sanctum et divinum, passionis, mortis, sepulturae et resurrectionis Domini, et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Et veniat Domine spiritus tuus sanctus, et quiescat super oblationem hanc servorum tuorum, quam offerunt et eam benedicat et sanctificet, ut sit nobis Domine, ad propitiationem delictorum, et remissionem peccatorum, spemque magnam resurrectionis a mortuis, et ad vitam novam in regno coelorum cum omnibus qui placiti fuerunt coram eo. Et propter universam dispensationem tuam miserabilem erga nos, confitebimur tibi et glorificabimus te indesinenter, in ecclesia tua, redempta per sanguinem pretiosum Christi tui, oribus apertis, et facie libera: *Canon:* Referentes hymnum, honorem,

(1) *In correct. add.* "Filii".

MALAB.

dem et adorationem nomini tuo vivo, sancto et vivificanti, nunc et semper et in secula seculorum.

D. Amen,

Sacerdos procumbit et dicit: Misere mei Deus secundum misericordiam tuam, et secundum multitudinem

amorum tuorum dele peccata mea: multiplicare lavare me ab iniquitate mea, et a peccatis meis munda me, quoniam delicta mea ego scio, et peccata mea coram me sunt in omni tempore: tibi soli peccavi et mala coram te feci, ut justificeris in verbo tuo, et vineas in iudiciis tuis: quoniam autem veritatem voluisti, et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi, asperge me hyssopo, et munda me, et super nivem dealbabor, reple me suavitate, ac laetitia tua, et delectabuntur ossa mea humiliata, averte faciem tuam a peccatis meis, et omnia illa delicta mea dele, cor mundum crea in me Deus, et spiritum praeparatum innova intra me, ne projicias me a conspectu tuo, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, sed redde mihi suavitatem tuam et salutem tuam et Spiritus tuus gloriosus stabiliat me, ut doceam iniquos viam tuam, et peccatores ad te convertantur: ad te levavi oculos meos habitator caeli, sicut oculi servorum ad dominos suos, et sicut oculi ancillae ad dominam suam.

Sint oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec tu miserearis nostri: miserere nobis, miserere nobis, Domine extende manum tuam, et salvet me dextera tua Domine, permaneant super me Domine amores tui in seculum, et opera manum tuarum ne derelinquas.

Surgens dicit: Christus pax superiorum, et quies magna inferiorum stabilire, Domine, pace et quiete tua quatuor orbis regiones, praecipue vero Ecclesiam tuam sanctam catholicam, et

NESTOR.

confessionem et adorationem nomini tuo sancto vivo et vivificanti, nunc et semper, et in secula seculorum.

Sacerdos signat cruce mysteria: et respondent: Amen.

Sacerdos inclinatur se et osculatur altare primum in medio, tum ad duo latera dextrum et sinistrum, dicitque hanc orationem.

In alio codice: dicit psalmum Misere mei Deus, usque ad haec verba, et iniqui ad te convertentur.

Ad te levavi oculos meos, usque ad miserere nostri Domine, miserere nostri.

Extende manum tuam, et salvet me dextera tua Domine: permaneant super me Domine miserationes tuae, in seculum et opera manuum tuarum ne despicias.

Tunc dicit hanc orationem: Christe pax superiorum, et tranquillitas magna inferiorum, fac ut habitet tranquillitas et pax tua in quatuor partibus mundi, praecipue autem in Ecclesia tua tan-

MALAB.

destrue bella, ac praelia a finibus terrae, et disperge gentes, quae bella volunt, et pacifica benignitate divinitatis tuae sacerdotium et regnum ad invicem, ut si nobis segura habitatio cum omni sobrietate, ac pietate; relaxa quoque debita, peccata vita functorum per misericordiam et amores tuos in secula.

Sacerdos benedicit incensum, et mitens in thuribulum dicit: Offeramus carmen Trinitati tuae supergloriosae omni tempore et in secula, suavem fac Domine Deus noster odorem animarum nostrarum, suavi odore benignitatis caritatis tuae, et munda nos per eam ab inquinamentis peccati.

Et incensat ter oblata dicens etiam iter: Domine Deus noster praebeat nobis accessum elementia misericordiae tuae ad sacramenta haec supergloriosa, sancta, vivificantia, et divina, quoniam nos non sumus digni.

In veritate non sumus digni.

Osculatur ter altare dicens. Sumens ambabus manibus hostiam dicit:

Gloria nomini tuo sancto, adoratioque divinitati tuae omni tempore Domine Jesu Christe, panis vive, vitam praestans, qui descendisti de caelo et universum mundum vivificas, qui vero hunc panem comedunt, non moriuntur; et qui vera fide illum suscipiunt, liberantur et sanctificantur per illum, mundaunturque et vivunt in aeternum:

Dominus noster Jesus Christus in illa nocte qua tradebatur, accepit panem hunc sanctum in sanctas ac puras manus suas et elevavit oculos suos in caelum, et

NESTOR.

cta catholica: fac ut pacem habeat sacerdotium, cum imperio: cessare fac bella a finibus terrae et dissipa gentes quae bella volunt: ut habitatione tranquilla et pacifica fruamur in omni temperantia, et timore Dei. Parce delictis et peccatis defunctorum per gratiam et miserationes tuas in secula.

Et ad illos qui sunt circa altare dicit: Benedic Domine. Benedic Domine: Imponitque incensum, quo se ipsum perfundit, et dicit: Suavem fac Domine Deus noster, odorem jucundum animarum nostrarum, per suavitatem caritatis tuae; et per eam munda me a maculis peccati, et parce mihi delicta et peccata mea, tam quae scio, quam quae ignoro.

Iterum accipit incensum ambabus manibus, et incensat mysteria: mox dicit: Accessum det nobis clementia gratiae tuae Domine et Deus noster, ad mysteria haec praeclara, sancta, vivificantia et divina, quamvis indigni simus.

Haec verba sacerdos semel atque iterum repetit, et ad singula intervalla jungit manus suas super pectus suum in formam crucis. Osculatur altare in medio accipitque ambabus manibus oblatam superiorem, et sursum aspiciens dicit:

Laus nomini tuo sancto Domine Jesu Christe, et adoratio majestati tuae semper et in secula. Amen. Panis enim vivus est et vivificans qui descendit de caelis et dat vitam mundo universo, quem qui edunt non moriuntur: et qui illum recipiunt per illum salvantur, nec corruptionem sentiunt, et vivunt per illum in aeternum, tuque es antidotus mortalitatis nostrae, et resurrectio totius figmenti nostri.

In alio codice aliter haec leguntur:.
Gloria tibi Deus Pater qui misisti Fili-

MALAB.

NESTOR.

gratias egit Deo Patri omnium rerum creatori, et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, et dixit: Accipite et comedite ex hoc pane omnes vos. Hoc

um tuum unigenitum ad salutem nostram, et ipse priusquam pateretur, etc.

(1)

EST ENIM CORPUS MEUM.

(1) *Desunt in hac versione verba consecrationis; non quia non sint, sed quia forsitan pro veneratione tantum ex memoria servarentur, aut scripta sint in aliqua tabula in altari coram celebrante. Inveniuntur tamen in duabus aliis liturgiis, vel melius missis, quae hanc Liturgiam Apostolorum in codicibus nestorianis committantur, una a Theodoro, alia a proprio Nestore confectae.*

Haec duae missae a P. Renaudot integrae translatae, in opere supra laudato, incipiunt paulo ante Praefationem, et finiunt paulo post Consecrationem. Reliqua secundum Missam Apostolorum perficiuntur, et in certis tantum anni diebus in usu sunt.

Haec verba consecrationis in missa Theodori:

“Qui (Jesus) cum apostolis suis ea nocte qua traditus est, celebravit mysterium hoc magnum, tremendum, sanctum, divinum; accipiens panem benedixit et fregit deditque discipulis suis et dixit: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter et calicem: Gratias egit et dedit illis dixitque: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Accipite igitur vos omnes, edite ex hoc pane, et bibite ex hoc calice, et ita facite quotiescumque congregamini in mei memoriam. (*Sequitur longa oratio et postea:*) Et veniat super nos et super oblationem hanc gratia Spiritus sancti habitetque et illabatur super panem hunc et super calicem hunc, benedicatque, et sanctificet et obsignet illos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: fiatque papis per virtutem nominis tui, panis, inquam, iste corpus sanctum Domini Nostri Jesu Christi, et calix iste, sanguis Domini Nostri Jesu Christi: ut quicumque cum fide vera ederit ex hoc pane, et biberit ex hoc calice, fiant illi, Domine, ad veniam delictorum et remissionem peccatorum, ad spem magnam resurrectionis a mortuis ad salutem animæ et corporis, et ad vitam novam in regno cælorum.”

Verba Consecrationis in missa Nestoris:

“Et (Jesus) reliquit nobis commemorationem salutis nostræ, mysterium hoc quod offerimus coram te; cum enim advenisset tempus quo tradebatur pro vita mundi, postquam cœnavit in paschate legis Moysis, accepit panem in manus suas sanctas, immaculatas et impollutas benedixit et fregit et comedit deditque discipulis et dixit: Accipite et edite ex eo vos omnes: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Simili modo et calicem miscuit vino et aqua, et benedixit et bibit, deditque discipulis suis et dixit: Bibite ex eo vos omnes: Hic est sanguis meus Testamenti novi, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum atque ita facite in mei memoriam donec veniam. Quotiescumque enim manducaveritis ex hoc pane et biberitis ex hoc calice mortem meam annuntiabitis usque ad adventum meum. Itaque quicumque cum fide vera accedet et participabit ex illis, sint ei, Domine, in veniam delictorum et remissionem peccatorum, spemque magnam resurrectionis a mortuis, et ad vitam novam in regno Cælorum (*Sequitur longissima oratio et postea:*) Et veniat Domine gratia Spiritus Sancti, habitetque et requiescat super oblationem hanc quam offerimus coram te, et sanctificet eam et faciat eam, panem scilicet, et calicem hunc, corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, transmutante ea te, et easanctificante per operationem Spiritus Sancti: ut susceptio mysteriorum istorum sanctorum sit omnibus ea accipientibus, ad vitam æternam et ad resurrectionem a mortuis, ad expiationem corporum et animarum, ad illustrationem cognitionis, ad confidentiam coram te, et ad salutem æternam.”

MALAB.

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genu flexo adoratur, surgens ostendit populo, reponit super altare, iterum adoratur; tunc elevans aliquantulum calicem, dicit:

Similiter postquam caenavit accepit hunc calicem manibus suis puris, et gratias egit, et benedixit, et dedit discipulis suis dicens: Accipite et bibite omnes vos ex hoc calice; quotiescumque enim comederitis panem hunc et biberitis hunc calicem, mei memoriam recoletis. HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, MYSTERIUM FIDEI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. (1)

Prolatis verbis consecrationis deponit calicem super corporale, genu flexo adoratur, surgit et ostendit populo, et ponens calicem super altare dicit:

Hoc erit nobis pignus usque ad consummationem seculi.

Gloria tibi Domine mi, gloria tibi Domine mi, gloria tibi Domine mi, propter ineffabile donum tuum.

Dum sacerdos elevat corpus et sanguinem, diaconus cum choro alternatim decantat:

D. Ego sum panis vivus qui de coelo descendi, ego sum panis qui ex superis descendi, dixit Salvator noster in mysterio discipulis suis, omnis qui in caritate accedit, et suscipit me, vivit in me in æternum, et hæreditate acquirat regnum.

NESTOR.

Sacerdos osculatur hostiam in modum crucis, ita tamen ut labia ejus ad eam non pertingant, sed quasi osculando; et dicit: Gloria tibi Domine; gloria tibi Domine, propter donum tuum erga nos inenarrabile in secula.

(1) *Ut patet, verba consecrationis ex missali romano usurpata sunt. Ante correctionem alia, nunc ignota, erant. Tantum scimus quod in consecratione calicis intrabant verba: "Novi testamenti qui pro vobis"; et hæc tamquam a Christo dicta: "Hoc erit vobis pignus in secula seculorum". Facta fuit correctio ex eo quod "cum sacerdos non propriis ipsius verbis sed verbis tantum Christi consecret, non licet addere in forma consecrationis verba aliqua quantumvis optima verbis iis quæ Christus protulit, nisi apostolica traditione confirmata, v. g. "Mysterium fidei". Servata tamen fuerunt illa verba "Hoc erit vobis" etc, modificata, post consecrationem, "quum in se piun et laudabilem sensum contineant".*

In aliis liturgiis hodie in usu a Catholicis chaldaeis (supra Pag. 16, not. 4) similiter correctæ fuit plus minusve, secundum missale romanum, forma consecrationis et introducta fuerunt verba "Mysterium fidei.", (Le Brun, Diss. XI, art. XIV.)

Ex dictis quoque patet quod in liturgia malab. verba consecrationis non erant proprie erronea, multo minus hæretica. Potuerat aliquando sacrificium esse nullum defectu materiae; ignorantia etenim aut penuria propriae materiae, ad usum deventum fuerat celebrandi in coctis libis vel placentis farinae (fortasse ex oryza vel aliis granis, quum triticum non esset cultivatum in India australi, et communicationes tunc temporis difficiles) cum sale et oleo pistae, et pro vino in uvis passis aqua dilutis, aut etiam in liquore e palmis detracto. (P. Franciscus de Sousa, Oriente conquistado, T. II, pag. 73). Non autem proprie defectuosa erat forma. Decursu temporum, in tantis vicissitudinibus constituti, Christiani malabares fidem in Eucharistiam servarunt.

MALAB.

Chor. Ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus, cherubim et seraphim, et archangeli cum timore coram altari stant et sacerdotem intuentur, quando frangit et dividit corpus Christi in delictorum propitiationem.

D. Aperite mihi portas justitiæ benignus, cujus ostium apertum est pœninentibus, et peccatores ad se, ut accedant, vocant; aperi nobis, Domine mi, januam amorum tuorum, ut ingrediamur, dieque nocteque tibi laudem decantemus.

Chor. Pone Domine custodiam ori meo, gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

Sacerdos quando sanctum altare ingreditur, manus suas ⁽¹⁾ pure protendit in cœlum et consecrat corpus et sanguinem Christi.

D. Misericors propitius esto nobis, et miserere nostrî, et ne despicias nos in tempore afflictionis, quoniam nocte ac die in te speramus et sperantes in te non confundentur.

Chor. Dicat omnis populus Amen, et Amen. Ignem in ignito carbone Isaias osculatus est, et labia ejus exusta non sunt, sed iniquitas ejus remissa est, ignem in ipso pane suscipiunt mortales, et ipsorum corpora custodit, et delicta eorum exurit.

D. A seculo usque in seculum: Altare est ignis, ignis in igne, ignis involvit illud: caveant sacerdotes a terrifico et formidabili igne, ne cadant in eum et comburantur in secula.

Sacerdos frangens hostiam, per medium dicit:

Accedimus Domine mi fide veritatis nominis tui ad hæc sancta mysteria, ac pietate tua frangimus, et misericordia tua signamus corpus et sanguinem Salvatoris nostri Jesu Christi, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Sacerdos partem hostiæ quam manu sinistra tenet imponit patenæ, aliam vero sanguine intingit usque ad medium dicens:

Signetur sanguis pretiosus corpore sancto Domini nostri Jesu Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Et particula sanguine inducta signat alteram partem, et superponit patenæ dicens:

NESTOR.

Tunc accedit ad hostiæ fractionem, quam ambabus manibus facit dicens:

Accedimus Domine cum fide vera, frangimusque cum confessione, et signamus per misericordiam tuam, corpus et sanguinem vivificatoris nostri Jesu Christi, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Et nominata Trinitate, frangit hostiam quam manibus tenet in duas partes et eam que est in manu ejus sinistra deponit in disco: altera quam manu dextera tenet signat calicem dicens:

Signatur sanguis pretiosus corpore sancto Domini nostri Jesu Christi, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Et respondent. Amen.*

Tum intingit eam usque ad medium in calice, et signat cum ea corpus quod est in patenæ, dicens:

(1) *Ante correct:* "Manus suas pure protendit in cœlum, et invitat (invocat) Spiritum, qui de superis descendit et consecrat corpus et sanguinem Christi, a seculo et usque in seculum."

MALAB.

NESTOR.

Signetur corpus sanctum sanguine propitiationis Domini nostri Jesu Christi, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Et conjungens ambas particulas ad invicem dicit:

Prædestinata sunt consecrata, perfecta, absoluta et conjuncta ad invicem mysteria hæc supergloriosa sancta et vivificantia et divina in nomine venerabili, et præclaro Trinitatis supergloriosæ, ut sint nobis Domine mi in propitiationem delictorum, et in spem magnam resurrectionis ex mortuis, et in novationem vitæ in regno cœlesti.

vitæ novæ in regno cœlorum, nobis et Ecclesie sanctæ Christi Domini nostri, istic et in quacumque regione, nunc et semper, et in secula seculorum.

Interea signat hostiam pollice dextro in formam crucis, ab inferiori parte ad superiorem et a dextra ad sinistram; et ita levem fissuram in ea format, qua parte intincta est in sanguine. Partem ejus mittit in calicem, in formam crucis: pars inferior posita est versus sacerdotem, superior versus calicem ita ut locus fissuræ spectet calicem. Inclinator et surgens dicit: Gloria tibi Domine Jesu Christe, qui me indignum licet, constituisti per gratiam tuam, ministrum et mediatorem mysteriorum tuorum præclarorum, sanctorum, vivificantium et divinatorum: per gratiam misericordiae tuæ fac me dignum venia delictorum et remissione peccatorum. *Signat se signo crucis in*

Signatur corpus sanctum sanguine propitiatorio Domini nostri Jesu Christi. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Et respondent: Amen.

Conjungitque ambas partes, unam cum altera dicens: Divisa sunt sanctificata, completa, perfecta, unita et commista mysteria hæc præclara, sancta, vivificantia et divina, unum cum altero, in nomine adorando et glorioso Trinitatis tuæ gloriosæ Pater, Fili et Spiritus sancte, ut sint nobis Domine in propitiationem delictorum, et remissionem peccatorum, in spem quoque magnam resurrectionis a mortuis, et

et Ecclesie sanctæ Christi Domini nostri, istic et in quacumque regione, nunc et semper, et in secula seculorum.

fronte similiterque circumstantes.

In alio codice:

S. Gloria tibi Domine mi, quoniam creasti me per gratiam tuam: gloria tibi Domine mi, quoniam vocasti me per misericordiam tuam; gloria tibi Domine mi quoniam posuisti me mediatorem donorum tuorum et pro omni dispensatione, quæ erga imbecillitatem meam facta est; ascendat ad te carmen, et honor, et laus, et adoratio nunc, et in secula seculorum. *Elevans vocem in tono evangelii dicit et signat seipsum:*

Signat frontem suam signo crucis et dicit: Gloria tibi Domine, qui creasti me per gratiam tuam. Gloria tibi Domine, qui vocasti me per misericordiam tuam. Gloria tibi Domine, qui constituisti me mediatorem doni tui: et propter omnia beneficia tua erga imbecillitatem meam, referatur tibi laus, honor, confessio, et adoratio nunc, etc. *Accedunt diaconi, et signat unumquemque eorum in fronte, dicens:* Christus suscipiat ministerium tuum: Christus illustret faciem tuam: Chris-

tus conservet vitam tuam: Christus crescere faciat juventutem tuam.

Et respondent: Christus suscipiat oblationem tuam. Omnes redeunt ad locum suum: sacerdosque facta inclinatione, surgit et dicit tono evangelii:

MALAB.

Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei Patris, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus nobis nunc et semper, et in secula seculorum.

D. Amen.

D. Omnes nos timore pariter et honore accedamus ad mysterium corporis et sanguinis pretiosi Salvatoris nostri,

cordeque mundo, et fide vera in memoriam reducamus passionem et resurrectionem ipsius, eamque perspicaciter intelligamus: propter nos enim unigenitus Dei mortale corpus ex filiis hominum, et spiritualem, rationalem immortalemque animam suscepit, ⁽¹⁾ et in præceptis suis, quæ vitam conferunt et lege sua sancta ab errore ad veritatis cognitionem nos reduxit; et post omnem dispensationem quam pro nobis operatus est, naturæ nostræ primitias in cruce in sacrificium obtulit, et mortuis resurrexit, in cælumque ascendit et tradidit nobis sacramenta sua sancta, quibus recordaremur omnis gratiæ, quam erga nos ostendit. Nos igitur charitate profusa et humili voluntate donum vitæ æternæ suscipiamus, et oratione pura, et vehementi dolore peccatorum nostrorum, participes efficiamur mysteriorum sanctorum Ecclesiæ, et spe poenitiæ ab iniquitatibus nostris convertamur, et pro peccatis nostris doleamus; insuper amores, et misericordiam postulemus, rogemusque Deum omnium Dominum, et conservis nostris eorum debita dimittamus.

Chor. Propitiare peccatis et delictis servorum tuorum.

D. Mundemus conscientias nostras a divisione et contentionibus.

Chor. Domine propitiare peccatis et delictis servorum tuorum.

D. Sint animæ nostræ perpolitæ, et ab omni odio et inimicitia alienæ.

Chor. Domine propitiare peccatis et delictis servorum tuorum.

D. Suscipiamus sanctitatem et sancto Spiritu conservemur.

Chor. Domine propitiare peccatis et delictis servorum tuorum.

D. Mentium nostrarum unanimitate et pace ad invicem ipsorum mysteriorum societatem suscipiamus.

Chor. Domine propitiare peccatis et delictis servorum tuorum.

D. Et sint nobis Domine in resurrectionem corporum nostrorum, et animarum nostrarum salutem, et vitam seculi seculorum. Amen.

Interim dicit sacerdos: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, et superexaltatum, et supergloriosum est nomen tuum in secula, quoniam non secundum peccata nostra fecisti nobis, neque secundum iniquitatem nostram retribuisti nobis, sed secundum multitudinem amorum tuorum

NESTOR.

Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei Patris, et communicatio Spiritûs sancti, sit cum omnibus nobis.

Sacerdos signat seipsum, et elevat manum suam super caput suum, ut sit in aere, et populus particeps sit signationis:

Dicit diaconus: Omnes nos cum timore, etc.

(1) *Ante correct.*: "Unigenitus Dei mortale corpus et spiritualem rationem, immortalemque animam ex filiis hominum suscepit."

MALAB.

liberasti nos a potestate tenebrarum, et vocasti nos ad regnum filii tui dilectissimi Domini nostri Jesu Christi, per quem denudasti, et in nihilum reduxisti potestatem tenebrarum, et vitam incorruptibilem nobis es elargitus, et nunc etiam Domine qui dignum me fecisti, ita ut constitueres me coram altari tuo mundo et sancto ad offerendum tibi sacrificium hoc vivum et sanctum; dignos nos etiam effice pietate tua, ut omni munditia, et sanctitate donum hoc suscipiamus, et non sit nobis in iudicium et vindictam, sed in amorem pietatem, et peccatorum remissionem, et ex mortuis resurrectionem, et in vitam æternam, ita ut simus omnes plenissimi testes gloriæ tuæ, et templa munda honoris tui, et sacræ basilicæ in habitaculum tuum, ut postquam adhæserimus corpori et sanguini Christi tui cum omnibus sanctis tuis luce fulgeamus in revelatione ejus supergloriosa et præcelsa: tibi enim, eique et Spiritui sancto gloria, et honor, et laus, et adoratio, nunc et semper et in secula seculorum.

Dele, Domine mi, pietate tua peccata et delicta servorum tuorum et sanctifica labia nostra canticis Spiritus sancti, ut divinitati tuæ præcelsæ cum omnibus sanctis tuis fructus gloriæ et laudis conferamus:

Effice etiam nos dignos Domine Deus noster ut semper absque macula stemus in conspectu tuo corde mundo et facie revelata, et confidentia illa, quæ per amores tuos nobis collata est, omnes simul invocemus te, et hoc modo dicamus:

Pater noster qui es in cœlis... sed libera nos a malo. Amen.

S. Etiam Domine Deus virtutum, Deus noster optime, et Pater noster viscerum plene obsecramus, postulamus, rogamusque clementiam bonitatis tuæ, ne Domine mi inducas nos in tentationem, sed salva et libera nos a malo, et ab exercitu ipsius, quoniam tuum est regnum et virtus, gloria, et potestas, imperium et fortitudo in cœlo et in terra, nunc et in secula seculorum.

D. Amen.

S. Pax vobiscum.

D. Et tecum et cum spiritu tuo.

NESTOR.

Ad verba: dedit nobis mysteria sua, *incipit sacerdos frangere corpus, et dicit:*

Propitiare Domine per clementiam peccatis et insipientiis servorum tuorum, et sanctifica labia nostra per gratiam tuam, ut dent fructus gloriæ et laudis divinitati tuæ, cum omnibus sanctis tuis in regno tuo.

Et elevans vocem dicit: Et fac nos dignos Domine Deus noster, ut perpetuo absque macula, coram te consistamus cum corde puro, facie aperta et cum fiducia quæ a te est misericorditer nobis data; et omnes pariter invocemus te et sic dicamus, Pater noster, etc.

Populus dicit: Pater noster.

Sacerdos. Domine Deus potens, Domine et Deus noster bone, qui es plenus misericordia, rogamus te Domine Deus noster et deprecamur clementiam bonitatis tuæ. ne nos inducas Domine in tentationem, sed libera et salva nos a malo et ab exercitibus ejus, quia tuum est regnum, virtus, robor, fortitudo et imperium in cœlo et in terra, nunc et semper. *Signat seipsum, et respondent:* Amen.

Et prosequitur: Pax vobiscum.

Respondent: Tecum et cum spi-

MALAB.

S. Sanctum sanctis decet Domine mi in consummatione.

D. Ter adorat sacramentum dicens: Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in secula seculorum. Amen.

Accedens diaconus ad altare, sacerdos apprehendit manum ejus dexteram et infert in patenam dicens:

D. Gloria Domini nostri.

S. Sit tecum et nobiscum in regno celesti gloria Deo vivo.

D. Glorificate Deum vivum:

Chor. Gloria ipsi et Ecclesie tue, amores et misericordia ejus. Amen.

Sac. dicit ter: Domine Deus meus, non sum dignus, nec vero est justum ut ego sumam corpus tuum, et sanguinem propitiationis, nec ut tangam ea, sed verbum tuum sanctificet animam meam, et sanet corpus meum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Dum hæc sacerdos dicit, decantat, diaconus:

D. Suscipiatur hæc oblatio sursum in excelsis cum ea, quam Abel, Noe et Abraham obtulerunt in regnum celeste.

Post sumptionem corporis dicit sacerdos: Donum gratie ipsius Salvatoris nostri Jesu Christi perficiatur per amorem in omnibus nobis.

D. In secula seculorum. Amen.

Sumens sanguinem dicit Postcommunionem. Sanguis propitiationis Domini nostri Jesu Christi nutriat animam meam et corpus meum in hoc seculo et in futuro.

D. Fratres mei, suscipite corpus ipsius Filii Dei, ⁽¹⁾ dicit Ecclesia, et bibite ipsius calicem.

D. Conforta Domine noster manus, quæ extensæ sunt ut sanctum acciperent, dignas eas effice, ut diebus omnibus divinitate tua fructus conferant, et omnia

quæ decantarunt tibi laudem intra sanctuarium digna per te efficiantur, ut semper laudent te: insuper et aures, quæ vocem carminum tuorum audie-

NESTOR.

ritu tuo. Prosequitur: Sancta sanctis decet in perfectione. Et dicunt:

Unus Pater sanctus: unus Filius sanctus; unus Spiritus sanctus. Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto in secula seculorum. Amen.

Diaconus. Laudate. Et dicit responsorium. Cumque venit diaconus ad portandum calicem dicit: Precemur pacem nobiscum.

Sacerdos dicit: Gratia Spiritus sancti sit tecum, nobiscum, et cum suscipientibus illum. Et dat diacono calicem; diaconus dicit: Benedic Domine.

Sacerdos: Donum gratie vivificatoris et Domini nostri Jesu Christi compleatur in miserationibus, cum omnibus.

Et signat cruce populum. Interea dicuntur responsoria: Fratres suscipite corpus Filii, clamat Ecclesia: Et bibite calicem ejus cum fide in regni domo.

Diebus festis. Robora Domine.

Dominica. Domine Jesu Christe.

Quotidie. Mystera quæ suscepimus.

(1) In correct. add.: "Dei."

MALAB.

runt, ne quæso audiant, Domine mi, vocem clamoris et jurgii: oculi etiam qui viderunt pietatem tuam, magnam videant quoque tuam benedictam spem: linguæ, quæ Sanctus clamaverunt, compositæ veritatem loquantur: pedes, qui in ipsa Ecclesia ambularunt, in lucis regione fac eos ambulare: corpora, quæ corpus tuum vivum degustarunt, vitæ novitate reparentur: super congregationem quoque nostram, quæ divinitatem tuam adorat, auxilia tua multiplicentur, et nobiscum permaneat charitas tua magna, et per te ad persolvendam gloriam abundemus, et aperi ostium precibus omnium nostrorum: nos omnes igitur, qui per donum gratiæ Spiritus sancti accessimus, et digni effecti sumus, et socii in sumptione mysteriorum horum præclarissimorum sanctorum divinorum, vitamque conferentium laudemus omnes simul et exultemus Deo largitori ipsorum.

Sac. Ipsi gloria propter ineffabile ejus donum.

Sac. etiam. Decens, justum et dignum est. Domine, ut omnibus temporibus, et diebus, et horis laudemus, adoremus, et glorificemus terrificum nomen majestatis tuæ, quoniam per gratiam, et amores tuos Domine mi, naturam imbecillum, filiorum hominum mortalium, dignam effecisti, ut cum spiritibus nomen tuum sanctificent et mysteriorum doni tui efficiamur participes, et dulcedine sermonum tuorum vitam conferentium, et divinorum delectentur, et voces laudis divinitati tuæ excelsæ offerant semper Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.

Alia gratiarum actio.

Christus Deus noster, et Dominus noster, et rex noster, et salvator noster et suscitator noster, qui per gratiam suam dignos nos fecit, ut sumeremus corpus suum, et sanguinem pretiosum qui sanctificat omnes, ipse det nobis placere illi verbis operibus et cogitationibus nostris, ut sit nobis hoc sacramentum, quod sumpsimus et sumemus, pignus remissionis debitorum nostrorum, et peccatorum speique magnæ resurrectionis ex mortuis, et innovationis vitæ e regno cœlesti cum om-

NESTOR.

Finitis responsor. diaconus dicit:
Omnes igitur, etc.

Et respondent: Gloria ipsi propter donum suum ineffabile.

Diaconus. Precemur pacem nobiscum.

Sac. in medio altaris dicit hanc orat.

Dignum est Domine, justum et æquum omnibus diebus, temporibus et horis confiteri, adorare et laudare nomen timendum majestatis tuæ, quia dignos fecisti nos Domine per gratiam tuam, homines mortales imbecillæque naturæ, ut cum spiritualibus nomen tuum sanctificaremus, et mysteriorum doni tui fieremus participes, et suavitate eloquiorum tuorum delectaremur. Et voces gloriæ et confessionis divinitati tuæ, sublimes semper referimus Domine.

Alia. Christus Deus noster, Dominus, Rex, Salvator et Vivificator noster, per gratiam suam dignos fecit nos suscipiendi corpus ejus, sanguinemque ejus pretiosum et omnia sanctificantem: ipse det nobis ut placeamus illi, verbis, operibus, cogitationibus et factis nostris, adeo ut pignus istud quod accepimus, sit nobis ad veniam delictorum, remissionem peccatorum, et spem magnam resurrectionis a mortuis, vitamque novam et veram in regno cœlorum, cum omnibus qui coram eo placuerunt: per gratiam

MALAB.

NESTOR.

nibus, qui ei placuerunt per gratiam, et amores suos in secula. Amen.

Et dicunt omnes: Pater noster, etc.

ejus et miserationes eius in secula.
Diebus ordinariis. Laudem Domine, honorem, confessionem et gratiarum actionem debemus referre Trinitati tuæ gloriosæ, pro dono mysteriorum tuorum sanctorum, quæ dedisti nobis ad propitiationem delictorum nostrorum, Domine omnium.

Alia. Benedictus sit honor tuus adorandus, ex loco tuo glorioso Christe propitiator delictorum nostrorum, peccatorumque nostrorum quique aufers insipientias nostras per mysteria tua præclara, sancta, vivifica et divina: Christus spes naturæ nostræ, semper et in secula. Amen.

Obsignatio seu ultima benedictio: Dominus noster Jesus Christus cui ministravimus, quem sensimus et honoravimus in mysteriis suis præclaris, sanctis, vivificantibus et divinis, dignos ipse nos efficiat gloria splendida regni sui, et lætitia cum angelis suis sanctis, et ad confidentiam coram eo, ut stemus ad ejus dexteram. Et super congregationem nostram universam miserationes et misericordia ejus perpetuo effundantur nunc et semper, in secula.

Sac. versus populum benedicit dicens: Ille qui benedicit nos omni benedictione in cælis per Filium suum⁽¹⁾ invitavit nos ad regnum, et suavitatem æternam. Et apostolicæ congregationi fecerat promissionem, et etiam in veritate signavit verbum, ut non sit in illo dubitatio.

Dicetis vere, vere dico, et in veritate verba mea signo; omnis qui manducat corpus meum vivificans, et bibit sanguinem meum calicis salutaris.

Dimitto omnia illius debita, et omnia illius peccata deleo, et ad regnum voco illum, et ab afflictionibus liberet vos, et ab scandalis vos salvet.

Benedicat semina agrorum vestrorum, benedicat fructus arborum vestrarum, bedicat substantiam vestram, et per charitatem suam longam vitam tribuat vobis.

Deus Dominus hominum benedicat hanc congregationem, et det virtutem imbecillo, quia ecce a principio incipio.

que signo crucis dominicæ sitis obsignati et eustoditi ab omnibus fraudibus secretis et apertis, nunc et semper.

Diebus dominicis et festis.

Ipse qui benedixit nos omnibus benedictionibus Spiritus in cælis, per Jesum Christum Dominum nostrum, et præparavit nos ad regnum suum, vocavit que nos ad bona desiderabilia, quæ nec desinunt, nec pereant, sicut pollicitus est nobis in evangelio suo vivificante, dixitque congregationi benedictæ discipulorum suorum: Amen, amen dico vobis quia omnis qui manducat corpus meum, et bibit sanguinem meum in me manet, et ego in eo; et ego resuscitabo eum in novissimo die et in iudicium non venit, sed transire illum faciam de morte ad vitam æternam:

Ipse nunc benedicat congregationi nostræ, et conservet statum nostrum et gloriosum faciat populum nostrum qui venit et letatus est in susceptione mysteriorum ejus præclarorum, sanctorum, vivificantium et divinorum, vivo-

Finis Liturgiæ Nestorianæ.

(1) *Ante correct:* "Per filium Humanitatis."

MALAB.

Per signum vivum Christi benedicatur cathedra gloriosa romana (1) ut oriatur et splendeat in illa justitia.

Pater splendore plenus, pastor et dominus gregis Christi Papa N. (2) plenus sobrietate una cum bono doctore episcopo nostro N. custodiatur a malo.

Benedic presbyteros sanctos, et clericos et ministros: liberentur a periculis, et a daemoniis, et hominibus pessimis.

Antiquis vero dierum, et senibus senectute praeclaris faciat Dominus illis optimum finem, et ad regnum vocet eos.

Statura quoque pulchros adolescentes possidentes fortitudinem faciat illos crescere in splendore, et castitate eos adimpleat.

Natura etiam fragilis mulierum, virgines etiam, et nuptae custodiantur a casu et a laqueis, et a scandalis.

Sedens in caelo Dominus det nobis pacem quietam, et pacem bonam; et dulcem, ut gaudeamus die ac nocte.

Det vobis placata tempora, ut sitis semper gaudentes, et non turbulenti et inquieti, sed per charitatem diligentes.

Et quoniam congregati estis hodie ad celebritatem oblationis hujus, crux regis caelestis custodiat vos.

Suscipiat Dominus oblationem vestram, et sacrificia vestra, et orationes vestras, et quiescat Spiritus ejus super eleemosynas vestras, et intret petitio vestra in conspectu ejus illustris in congregatione sanctorum sanctissimus apostolus Thomas(3) sanctitas sanctitatum custodiat vos a plagis, et a daemoniis et hominibus pessimis.

Oret quoque super hanc turbam pauperem, et miseram, et afflictam: sunt enim discipuli hujus sancti, ut sic a plagis liberi fiant.

Præterea illi, qui modeste laboraverunt, et in simplicitate servierunt in hoc mundo, in justitia custodiantur a malo.

Et qui in nobis sunt extranei, et a domo sua longinqui, Rex seculi seculorum in pace faciat illos reverti.

Hoc festum sit sanctum super vos o popule humilis, et Dominus sit stabilis, et ad bona consiliarius.

Modo et nunc, et omni tempore, et occasione, noctibus quoque et diebus, et usque in secula seculorum.

Beneïctio in diebus solemnibus.

Carmen et adorationem nunc offeramus Deo, sancto Filio, qui factus est homo, et operuit divinitatem suam humilitate nostra. (4)

Et in humanitate nostra sustinuit passionem per manus populi mali, ut

(1) *Ante correct.*: "Benedicatur cathedra gloriosa Catholicorum orientalium.

(2) *Ante correct. diceb. tantum pro episcopo diocesano*: "Dominus totius gregis episcopus, plenus sobrietate custodiatur.

(3) *Ante correct.*: "Illustris in congregatione sanctorum religiosus Hormisdas sanctitas sanctitatum, etc.

(4) *Ante correct.*: "Operuit spcciem suam in Filio hominis."

liberaret Adamum rationalem, et converteret filios ejus ab errore.

Benedic Domine congregationem nostram debilem, corpore simul, et anima, facque nos socios illius congregationis angelorum coelestium absque macula.

Benedic et nunc sacerdotes, et remove ab illis omnes casus infestos, et eorum voces admitte saetificationibus justorum splendentium sicut sol.

Benedic terra, quæ bellorum infestatione a regibus conturbatur, et pacifica eos per signum crucis luminis sancti.

Benedic Ecclesiam tuam, quæ patitur ⁽¹⁾ infestationes; a pessimo dæmone libera illam, quæ ad ostium tuum pulsat mane, et vespere simul.

Et circumda illam gladio acuto per charitatem tuam sanctificantem, ut psallet tibi gloriam distinctam Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.

Benedic dextera tua, Domine Jesu ⁽²⁾ Christe, congregationem hanc illustrem, ut splendeat donis Spiritus sancti in modum solis clarissimi.

Benedic Domine mi virtute tua gloriosa congregationem nostram, et amplifica illam omni pompa, et da illi lætum tempus, et habitaculum quietum, et abundans.

Benedic Domine mi congregationem nostram nobilem dextera tua, rex vivens, et effunde super illam benedictionem tuam Domine in longitudinem temporum et annorum.

Benedic dextera tua Domine noster congregationem nostram omni spiritu et benedictione, et libera eam ab omnibus malis, et remove ab illa flagellum.

Benedic et custodi Salvator noster invitatos ab omni nocumento, et lætifica eos omnibus bonis nomine tuo vivo, liberator noster.

Benedic Domine noster antistites nostros, et gubernatores nostros, et doctores nostros, et salva reges nostros fideles, et duces ⁽³⁾ nostros Catholicos, et reduce ad nos iudices nostros servos tuos.

Benedic etiam Domine mi pueros nostros, et eos qui nos docent, et erudiunt, et sapientes fac doctrina tua infantes nostros, et illustres fac senes et adolescentes nostros.

Benedic et parce defunctis, et dimitte debita et peccata nostra, et protege nos sub pennis tuis, et revela faciem tuam et libera nos.

Benedic infirmos et orphanos, et miserere afflictis, et calumniam sustinentibus, et responde turbatis, et miseris, et veni in auxilium eorum, et ne negligas.

Et da nobis Domine tempora sana, ut vivamus coram te absque labe et inveniamus gratiam, et amores coram throno tuo dominatur seculorum.

Benedic dextera tua, et adjuva congregationem nostram hanc, et custodi etiam illam ab adversario qui circumdat eam, fortitudine tua magna, quæ non minuitur.

(1) *Ante correct.*: "quæ patitur et in ovili pessimi dæmonis ecce comprehenditur."

(2) *In correct. add.* "Christe."

(3) *Ante correct.*: "Salva reges nostros et duces nostros."

MALAB.

Et fac nos dignos per amores tuos in illo die, quo signum tuum orietur e cœlis super justos, qui passi sunt æstum, et vigiliis, et jejunium.

Et egrediemur in occursum tuum cum jubilo, et ingrediemur tecum in lætitiâ, et tibi sancto et excelso psallemus gloriam interminabilem.

Vos quoque o congregatio redempta, popule sancte et præclare qui adfuisti hodie, sicut decet coram ipso Jesu Domino Deo ⁽¹⁾ Salvatore.

Suscipiat Dominus oblationes nostras, et det duplicem mercedem vestram, et dignos vos efficiat promissionibus suis, quos promisit vobis in evangelio suo.

Scilicet semper dico vobis, qui comedit corpus meum vivificans, et bibit ex sanguine meo sanctificante, habet vitam ⁽²⁾ æternam.

Et eritis signati, et protecti ab omnibus infestationibus signo crucis nunc et post omne nunc, et in omni tempore, et in secula seculorum. Amen.

Alia benedictio in diebus ferialibus.

Causa quæ benedixit nos omnibus benedictionibus per Filium suum vivum qui propter salutem nostram seipsum inclinavit e cœlis cœlorum, et assumpsit corpus nostrum et dedit nobis corpus suum Jesus Dominus, et sanguinem suum venerabilem sanguine nostro miscuit, mysterium propitiationis.

Revelavit in nobis virtutem suam, et ostendit gloriam suam, et figuravit in nobis imaginem suam, et mundavit, et sanctificavit nos virtute abscondita, et amovit a nobis dubietatem in hac promissione, quod omnis scilicet qui comedit corpus meum, et corde puro bibit sanguinem meum, ipse manet in me et ego in illo, et sucitabo illum in die novissimo, non judicabitur omnino sicut peccator, et exaltabo illum super aëra sicut justum, et faciam illum hæredem regni cœlestis quod non dissolvitur.

Seminate confessionem ejus in cordibus vestris sic illustrem, et fidem ejus quæ non abolitur in animabus vestris, et virtus, quæ in apostolis habitavit, habitet in vobis, et adjuvet vos in manifesto et in abscondito.

Narrationes pessimas afflictionis, et detractionis, ne audiatis, et ab omnibus scandalis det vobis statim redemptionem, et dies bonorum occurrat vobis per virtutem Excelsi, et virtutem donorum suorum effundat super nos usque ad perfectionem.

Christus qui sanguine suo emit oves suas, et passus est calumniam, ipse liberet nos ab adversario, et a captivitate; pastores quoque virtute sua custodiat, quia non habent finem, ut pascant oves suas in modum filii Jonæ et Tarsensis.

Presbyteri qui in domo sanctitatis pulchre sacerdotio funguntur et sunt sacerdotes præclari, digni efficiantur illo convivio pleno gaudii, ut coram illo pulchre ministrare possint in loco suo excelso pro ministerio, quo ministrarunt in hoc seculo absque intermissione et cunctatione.

(1) *In correct. add.* "Domino Deo."

(2) *Pro* "habet vitam æternam," *dicebatur*: "Liberabitur ab inferno per me."

Senes illustres qui in Ecclesia senuerunt, et ingressi sunt annos, confortet eos Dominus super virgam pacis et requiei, et adolescentes, qui in vobis ornatu præclaro incedunt, ut virtute placeant Domino.

Os puerorum vestrorum benedicat vos in gloria, in vocibus dulcibus etiam fæminæ vestræ per verecundiam inculpabilem: oratio vestra sicut Danielis iusti prophetæ sit, ingrediatur coram eo, ut det solutionem iniquitatibus vestris.

Resurrectionem facit defunctis vestris in die novissimo; et dignos faciat illos regno incorruptibili Spiritus sanctus, quem induistis per aquam, in quo acceperistis gradum excelsum adoptionis filiorum.

Pax, et requies, et charitas, et spes bona, et pura sit inter vos et in domibus vestris usque ad consummationem: gloria illi ex omni ore Jesu Domino Deo ⁽¹⁾ super donum ejus ineffabile linguæ creatis nunc, et post omne nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

Benedictio in missa pro defunctis.

Exaudi Domine mi vocem orationis nostræ, et intret in conspectu tuo deprecatio nostra, et suscipe sacrificia et oblationes nostras, et propitius esto delictis defunctorum nostrorum, sicut oblatio prima, quam obtulit Abel inceptor, et Noe simplex et innocens, et Abraham fidelis in Domino.

Et Job qui sustinuit afflictionem, et Elias propheta veritatis, et Apostoli in medio cænaculi, et sicut minuta illius viduæ; sic Domine mi in misericordia tua suscipe oblationem servi tui, et dignum fac illum thalamo regni cum omnibus justis, qui placuerunt tibi, suscipe Domine noster sacrificium ejus, et propitius esto, et dimitte debita illius, et dele omnes iniquitates ejus, et omnium sociorum ejus.

Et dignum fac Domine misericors hunc servum tum pauperem thalamo illo spirituali cum justis filiis dexteræ.

Assigna illi ab hac die quietem simul, et memoriam, et suavitatem illam stabilem in loco glorioso et beato.

Et tibi retribuit confessionem, et gloriam et honorem, et adorationem naturæ tribus personis sine intermissione.

Et omnes qui laboraverunt in hoc opere parvis, et magnis hujus diei, et qui loquuntur in hac congregatione digni fiant remissione in misericordia.

Benedic Domine mi benedictionibus hanc congregationem in aequalitate et domum, et homines et omnes nos in unitate, nunc et semper. Amen.

Finis Liturgiae Malabaricæ.

(1) *Ante correct. ommit. "Deo".*

Aliae correctiones et dispositiones

circa liturgiam malabaricam ab Archiep.

Goan. Fr. Al. de Menezes propositae et

sancitae in Diamperitana Synodo.

ACTIO V. DOCTRINA DE SANCTO SACRIFICIO

Decr. II.

Praecipit Synodus⁽¹⁾: “Quum in missalibus hujus Episcopatus nonnullae

(1) *Inepte Synodus Diamp. detrahitur, sub pretextu ejus non-approbationis a S. Apostolica. Certe, numquam fuit approbata directe, neque poterat, secundum legem canonicam communem, cum illa Synodus tantum sit diocesana.*

Olim Concilia tantum Oecumenica a Pontifice Rom. erant approbata. Postea vero Pont. Sixtus V, Bulla Immensus aeterni, 1587, S. Congregationi Conc. Trident. interpreti commisit: “Provincialium (Conciliarum), ubivis terrarum illa celebrentur, decreta (Congregatio Concilii) ad se mitti praecipiet eaque singula expendet et recognoscet”. Et Benedictus XIV explicat: “Non quidem ut postea a Sede Apost. confirmationem reportent, sed ut corrigantur, si quid fortasse in eisdem aut nimis rigidum, aut minus rationi congruum deprehendatur”.

Circa Synodos Dioecesanæ, ipsa Congr. Conc., teste Card. Petra, declaravit: “Non est usus Patrum Illustris, S. Congr. Conc. Interpretum, Synodos Dioecesanæ revisere; illi tantum corrigunt acta Syn. Provincialium”. Card. Bellarminus addit: “Parcae (Syn. Dioecesanæ) inveniuntur in Collectionibus conciliarum; et ne miremini, quia in illis nemo ordinarie invenitur jurisdictione fungens, nisi Episcopus, qui praesidet.” Cfr. Bouix, De Conc. provinciali, 3a. edit., pag. 9, 371, 373.

Indirecte tamen Sedes Apostolica Diamp. Synodum saepe recognovit et laudavit, et in multis jussit speciatim observari; ne longius nunc vadam, actuales Constitutiones Terc. Regul. Syrian. Malabar., a Pont. Leone XIII, 1835, approbatæ, circa jejuniæ ita statuunt: “Item ex Regula jejunabunt omnibus diebus quibus Diamp. Synodus praecipit vel consulit jejunium”. Plura de hac re infra patebunt.

Calumniose quoque a Protestantibus presertim auctoribus asseritur quod per vim et violentiam Archiep. Menezes Diamp. Synodum Thomæis Christianis imposuerit.

Nihil falsius. Archiepiscopus in suis difficilimis peregrinationibus per Malabarem dimiserat etiam, ne videretur apparatu bellico adesse, aliquos paucos sui corporis custodes, erat enim tunc bellum inter finitimos regulos. Econtra Archidiaconus qui tunc praecerat Thomæis Christianis sese, prima vice, praesentavit Archiepiscopo stipatus “tribus hominum millibus ense clypeoque instructis, duobus Punicibus (gladitoriae artis magistris) ducibus.”

Similiter valida militum manu ensibus, clypeis, lanceis, igneisque armis munita ad Archiepiscopum venit pro illa celebri et publica disceptatione, quam humiliter Archiep. acceptavit, in Cranganorensi rivo; in qua Archidiaconus ejusque partes, meliores ex eis

existent missae quæ Nestorium, aliae Theodorum, aliae vero quæ Diodorum⁽²⁾ ipsius magistros, auctores habent; quæ certis diebus recitari jubentur prædictorum auctorum titulum præ se ferentes, et in quibus plurimi errores atque hæreses reperiuntur; præcipit Synodus ut omnes prout jacent integræ præscindantur a missalibus et comburantur⁽³⁾. Itaque jubet in virtute

theologi, sese victos fassi sunt, nescientes quid responderent verbis Ev. S. Joan. "Et Verbum caro factum est", quibus Archiep. eorum opiniones et errores refutavit circa Verbi Incarnationem et B. M. Virginis divinam Maternitatem.

Sancita tunc fuit convocatio Synodi. Archiepiscopus per Ecclesias prædicando, persuadendo et convertendo continuavit. Archidiaconus tamen, contra verbum datum, in rebellionem perseveravit; quo usque tandem ipsemet, genibus pronis, supplex et exclamans "Pater, peceavi in cælum et coram te, etc.," commissorum indulgentiam ab Archiepiscopo postulavit.

De Synodo tunc revera agi concorditer inceptum est. Ante convocationem Synodi omnia ejus Decreta, singula, ab Archiepiscopo cum Archidiacono et octo ex illustribus Syriarum Theologis selectis, una cum oppidorum Legatis quatuor, discussa fuerunt.

Tandem celebrata fuit Synodus; Decreta, iterum perpensa, denique approbata et executioni mandata fuerunt.

Haec vis et violentia, quibus Synodus imposita est.

(Cfr. præter alios, P. Petrum Du Jarric, Tolosan. Thesaurus rerum indiarum, in latinam linguam e gallica translatus, Coloniae, 1615, T. III, Lib. II.)

(2) Raulin adnotat: "Abraham Echellensis in not. in Catalog. Ebedjesu testatur se legisse syriacæ liturgiæ Diodori, quam merito Synodus memorat, licet Renaudot Tom. II, pag. 622, nullam fuisse dicat Diodori liturgiæ. Theodori liturgia habetur in Bibl. Vaticanæ, c. d. syriacæ. Vat. 18, et Bibl. Oriental. Assemani, Tom. I, pag. 581. et Tom. II. Liturg. Renaudot, pag. 616, cujus initium: Domine Deus fortis. Nestorius suam etiam contulit liturgiæ ut testatur Sobensis; et Leo Bysantinus lib. III. adversus eum ait: "Audet et aliud malum, aliam enim missam effutivit, in qua missa blasphemias non precationibus Eucharistiæ mysterium opplevit." Aliæ existant apud Nestorianos liturgiæ Narsetis, Barsumæ, et aliorum, quarum rarus aut nullus est usus."

(3) Quod ab Archiep. Alex. de Menezes in Malabari, id similiter factum fuit in aliis regionibus, ubi nestoriani ad Ecclesiam catholicam redierunt. Liturgiæ Nestorii, Theodori, etc., a codicibus evulsæ fuerunt et in usu tantum remansit Liturgia Apostolorum correctæ. Ait enim Le Brun, Diss. XI, art. XIV: "LITURGIE DES APOTRES. C'est la première des trois qui sont en usage chez les Nestoriens, et la seule que les Nestoriens réunis à l'église romaine aient conservée. Il est évident qu'on y a fait quelque correction: car on trouve dans celle que j'ai entre les mains le titre de Mère de Dieu, donné à la sainte Vierge. On y lit immédiatement avant les paroles de l'institution de l'Eucharistie, cette rubrique: Le prêtre prononce sur l'hostie et sur le calice ces paroles essentielles; et parmi ces paroles le MYSTERIUM FIDEI n'est pas quis".

sanctae obedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae ut Cassanariorum nullus in posterum iis utatur, etc.”⁽¹⁾

Decr. III.

Continuat Synodus: “Quoniam in missalibus syriacis istius Episcopatus quaedam ceremonia impia et sacrilega” (*non proprie in se, sed quantum ad mentem*) “praescribitur, qua... dextri pollicis ungue findatur (*vide supra pag. 41, Nestor.*) alteram hostiae partem... ut ita sanguis penetret corpus, unde corpus et sanguis inter se misceantur; quae faciebant alludendo ad haeresiam Nestorii ejusque sectariorum, impie asserentium sub specie panis corpus tantum Christi sine sanguine existere, atque sub specie vini sanguinem sine corpore: praecipit synodus... sub poena excommunicationis *ipso facto* incurrenda ut nullus e Cassanaribus hujusmodi ritum peragat, et in missalibus deleatur, etc.”

Decr. IV.

Sancivit insuper Synodus: “Quum missa syriaca nimis prolixa sit pro sacerdotibus qui quotidie⁽²⁾ celebrare voluerint, facultatem concedit Synodus ut missa Romana vertatur syriace,... quam quidem missa poterunt sacerdo-

(1) *Antequam in Malabarem venisset, Archiepiscopi Menezes prima et subitanea mens (quam vero postea, rebus melius notis, revocavit) videtur fuisse absolute abolere liturgiam malabaricam, eique substituere romanam “cum illa esset canalis quo tota haeresis nestoriana diffluebat”; et simul curare de praeficiendo Eecl. Malabarensi latino Praelato (ut actum fuit), quum duo praecedentes, Mar Joseph et Mar Abraham, natione Chaldaei, quamvis a Sede Apostolica confirmati, pessimas edissent fruges.*

Recta erat Archiepiscopi intentio, et insuper menti Sanctae Sedis obediebat. Hic erat tunc temporis Sedis Apostolicae conatus, adoptio scilicet universaliter liturgiae Romanae.

Equidem, tum magnus erat, sec. XV et XVI, liturgiarum numerus et talis in hac re confusio, tam in Occidente quam in Oriente, ut res adducta fuerit ad Conc. Tridentinum, quod, sessione ultima, ad Pontificem rem relegavit “ut ejus judicio atque auctoritate terminaretur”. Tanta, ait Cardin. Bona, paulatim licentia olim irrepserat, ut singuli Episcopi, inseio Romano Pontifice, privatos ritus sibi assumerent, non sine magna divini cultus perturbatione.

Itaque, Sanctus Pius V (Constit. Quod a nobis, 7^o idus Julii, 1568, et Quod primum, pridie idus Julii, 1570) abolevit alia quaecumque breviaria et missalia, praeter Romana, illis tantum exceptis quae ab ipsa prima institutione a Sede Apostolica approbata fuissent vel consuetudine, quae 200 annos antecederet (si tamen Episcopus et universum capitulum consentirent in retinendis illis).

Et ita factum fuit. Praeter liturgias ab antiquis Ordinibus religiosis in usu, toto Occidente tantum remanserunt, ad memoriam, ut ita dicam, vetustae liturgiae, sc., Bracharensis (Portugal), Mozarabica in una ex capellis Cathedralis Toletanae (Hispania), Lionensis (Gallia), et Mediolanensis (Italia), cum certis restrictionibus, et non pro toto Clero illarum Ecclesiarum. In Oriente tamen, posterius, Bulla praesertim Etsi pastoralis Benedicti XIV, an. 1742, antiquiores liturgiae retineri jussae fuerunt, ex praeepto.

(2) *Aninadvertendum quod generatim schismatici tantum celebrant, et non omnes sed tantum aliquis ex eis, in dominicis et festis solemnioribus, et raro aliis diebus nisi bene remunerati*

tes privatim cum Romanis ceremoniis recitare; caeterum missae conventuales cum cantu et solemnes juxta syriacam emendatam... recitentur: sacerdotes vero qui latine et syriace missam legere noverint in ecclesiis aliorum episcopatum possint eas latine recitare⁽¹⁾, in iis autem quae sunt hujus Episcopatus syriace tantum, ne confusio oriatur, eas recitabunt. Supplicat itaque Synodus dominis episcopis harum partium ut sacerdotibus hujus episcopatus, praesulis sui legitimis demissoriis munitis, si latine legere nesciant, facultatem faciant missam syriacam recitandi vel saltem romanam in linguam syriacam translata cum romanis ceremoniis, quandoquidem finitum sit, Dei clementia, scisma quod hactenus in Ecclesia hac erat, etc.”

sint; quinimo, sicut audivi in Palestina et Syria, et etiam de Malab. Jacobitis, stipendia ordinaria missarum pro variis intentionibus et a diversis personis data accumulunt, et cum una tantum missa pro omnibus satisfacere intendunt! Ex Epistola illa syriaca, a quinque episcopis Mesopotamiae et Malabari ad suum Patriarcham missa anno 1504, infertur quod illi quoque quotidie celebrare non consueverant, sic enim de lusitanis scribunt: “Et sacerdotes eorum quotidie sacram conficiunt oblationem et sacrificant; hic enim est mos et ritus eorum”. (Bull. Patron. T. II pag. 297).

(1) *Et ita factum fuit teste prae aliis, P. F. de Souza, Oriente Conquistado, II. 71, qui de Syriacis malabarensibus ita scribit: “São homens de bom engenho e aprendem com facilidade a ler e escrever em diversas linguas; e quando nós dominavamos a costa do Malabar havia clerigos que nas egrejas da Serra diziam missa em lingua Suriana e quando desciam a Cochim na latina, sendo as ceremonias bem diferentes umas das outras”.*

Adhuc in his adjunctis, quod Archiepiscopus Menezes in Malabari, idem similiter factum fuit in Mesopotamia et Persia. Ait enim Le Bruu (Dissert. XI, art. XIV) “Elle (Liturgia Apostolorum chabileo-catholica) nous sert à rectifier ce que je dis.. que les Nestoriens devenus catholiques ont pris le missel romain, traduit en chaldéen. Je vois présentement que cela regarde seulement quelques prêtres, qui ont la dévotion de se servir de notre missel en leur particulier: mais aux messes solennelles, ils célèbrent suivant l’ancienne liturgie, à la quelle on a fait quelques corrections qu’on a crues nécessaires. En effet, tout l’ordre de cette liturgie est semblable à celui qu’on peut voir page...” (supra II, Nest.).

In liturgiis tamen Mesopotamiae et Persiae, pro missa privata, aliqua reductio facta est, omittendo incesationes et proliras preces. v. gr. ut reor, ministri et populi (supra pag. 21 et 22), sicut collegi, de visu, ex una missa cujus celebrationi praesens fui a Sacerdote persico celebrata. Ceremoniae mihi visae sunt similes earum missae malabaricae; sed multo minus proluxa missa. Ille ipse sacerdos facultatem habuerat, aliàs, celebrandi latine a missale romano.

Quo tempore in Malabari cessaverit usus celebrandi a libitum missam privatam per missale Romanum, latine vel syriace, nescio. Foret probabiliter post Bullum supra cit. Benedicti XIV, 1742. Certum est quod jam anno 1639, quum Aethiopici a S. Apostolica petissent facultatem celebrandi per missale Rom. ad linguam aethiopicam translatum eis responsum fuit: “Servetur missa aethiopica, aethiopico idiomate, a Paulo III pro usu nationis illius emendata”.

Triginta circiter ante annis, Tertiarii Conv. Syriac. Malab. sponte sua et propria voluntate, de adoptando Romano Breviario et Missali, syriace translatis, curarunt. Et etiam in Conventu Cnecmao, in typographia Verapolitana, Breviarium in pluribus exemplariorum centenis excusum fuit. Sancta Sedes tamen conatui denique obstitit, requisitam facultatem denegando.

Non raro tamen, adhuc hodie, in casibus et pro personis particularibus conceditur facultatem celebrandi in duobus ritibus. Unus saltem ex actibus Superioribus ipsorum Syriacorum Conv. hanc facultatem obtinuit et ea aliquando usus est.

ADNOTATIO FINALIS. Sicut patet ex correctionibus et dispositionibus, ut ita dicam, Menesianis in missa malabarica supra indicatis, si quatuor aut quinque excipias, omnes aliae non sunt essentielles, i.e. de erroneo aut hæretico in catholicum sensum invecæ. — De mera convenientia et opportunitate, tunc temporis, erant ad melius firmandum catholicum dogma.

Idem Archiepiscopus hanc distinctionem innuit in Synodo, Doctr. de Sacrif. missæ, Decr. I: “Quamobrem in missa syriaca, quæ in hac Dioecesi recitatur, nonnulla minus considerate efferuntur, quæ errores inducere et favere possunt, alia impia penitus et hæretica, etc.”.

Insuper, usus missalis in Synodo correcti in tempus tantummodo ordinatus fuit “quandiu Dom. noster Papa quid agere oporteat aliter non decreverit, aut missalia chaldaice conscripta, prout instanter ac humillime Synodus supplicat, non miserit.”

Non constat tamen, quod sciam, de ulla aliter a S. Apostolica ordinata dispositione. E contra legitur in *Gouvea*, JORNADA DO ARCEB., L. III, CAP. 8, IN FINE: “A Santidade do Papa Clemente 8.º ...sendo informado de tudo o que o Arcebispo fizera por mandado seu teve muito contentamento e deu por isso infinitas graças a Nosso Senhor, mandando sua Apostolica benção ao Arcebispo com muitos agradecimentos dos trabalhos que pelo bem destas almas tinha levado e muitos parabens de lhe Deus fazer mercê de colher os fructos d’elles, havendo por bem feito tudo o que nesta christandade tinha ordenado. E como uma das cousas que lhe o Arcebispo pediu por carta foi que lhe mandasse Breviarios e Missaes em lingua chaldaica para os Ecclesiasticos da Serra, tomados das nações que celebram os officios divinos na mesma lingua chaldaica sujeitas á Sé Apostolica, visto os que n’elle havia estarem borrados todos com as emendas dos erros e em muitas partes cortados: provendo nisto Sua Santidade mandou uma impressão de caracteres chaldaicos, com que se imprimissem todas as cousas que importassem a esta egreja e se provesse tudo o que no culto divino fosse necessario.”

Et P. Petrus Du Jarric (*loc. cit.* pag. 185) “Scripsit proinde (Archiepiscopus) Clementi VIII Pont. Max. ut de Breviariis Missalibusque chaldaicis...prospiceret. Visum est Pontifici minime e re futurum, tot eodem libros mittere; sed per Albertum Laertium Soc. Jesu magnam characterum chaldaicorum copiam in Indiam submitit, quibus varii excuderentur libri, ita namque fore ut et plures et commodius habeat. Excusi hactenus aliquot et etiamnum hodie (1610) excuduntur. Primum e praelo prodiit Rituale.”

Insuper, seculo cum dimidio transacto, cum Carmelitæ Verapolitani, qui tunc preerant majori Syriacorum parti, curarunt de excudendo, expurgando, et definitive fixando missali malabarico, ad correctiones Menesianas reverti jussum est, ut patet ex sequenti:

ISTRUZIONE

PER MGR. VICARIO APOSTOLICO DELLA SERRA DEL MALABAR.

Il P. Ignatio di S. Ippolito presentó un foglio con alcuni Dubbi e quesiti

proposti da V. S. a questa S. Congregazione (*De propaganda Fide*) ad oggetto di ricevere d'alla medesima le risoluzioni necessarie.....

Il 5° propone la necessità di far stampare un missale caldeo purgato e corretto d'ogni errore, preso degl'Ecclesiastici di codesti parti. In torno a che se le fa noto che avendo questa S. Congr. rinnessa l'istanza alla Congr. deputata sopra la correzione de libri antiei Orientali, questa ha determinato che si stampe la messa o liturgia caldea, secondo le sole correzioni fatte da Mgr. Arcivescovo di Goa, Alessio Menezes nel Sinodo Diamper. Sarà per tanto cura de V. S. di procurare detta Liturgia caldea o malabarica con le correzioni e mutazioni fatte in detto Sinodo, e di trasmetterla quà scritta in lingua caldea e con la sua verzione latina, affinché possa darsi alle stampe.

Roma, 3 settembre 1757.

S. Card. Spinalli, Prefetto.

S. I. Antonelli, Segr.

Enimvero et vicissitudinibus temporum vel scribarum incuria, et maxime spiritu reactionis in Cranganorenses Archiepiscopos, contra quos plerique Syro-Malabares sese concitarunt ab anno 1653, aliquid innovatum et immutatum erat in missali malabarico. Menesianae correctiones partim oblitteratae, aliqua oratio suppressa, commemoratio pro pontifice deleta, etc. Potest etiam accidisse ut inconsulta et inscia S. Apostolica aliquod ex congeneribus missalibus mesopotameis introductum fuisset, saltem in parte. In archivio Dioec. Cochinchin. exemplar servatur, valde bene manuscriptum, iquoto anno, maculatum ab usu, differens tamen in aliquo ab actuali missali malabarico et a Menesiano primitivo.

Re ad Romam delata, inde emanarunt sequentia:

1.°

DOMINO EPISCOPO FLORENTIO, VIC. APOSTOL. (MALAB.)

Illmo. e Rmo. Mons. e Fratello. Mentre due anni si sta... (*desunt verba, sicut infra, documento a linea rosso*) ...la stampa del missale caldeo malabarico portato dal P. Carlo de S. Conrado, nacque ad alcuni dubbio se questo fosse veramente quello di cui indifferentemente si segue... le Chiese Caldee esistenti entro i confini di codesto Vicariato Apostolico, oppure fosse in uso presso soltanto di alcune.

Diede motivo al Dubbio l'essersi osservato che anni sono...un altro P. Carmelitano ritornando dal Malabar porto un messale caldeo perche si stampasse per uso dei caldei di costì, il quale è molto diverso da quello esibito dal detto P. Carlo. Altre di che lo stesso P. Carlo porto il suo messale come in due esemplari. Il primo di qualche antichità ed intiero, l'altro di carattere recente e mancante

Quando altrunde nascessero le difficoltà e queste si stimassero insupe-

rabile, dovrebbe loro proporsi la menesiana Liturgia. Ma siccome già si sa l'opposizione grande che hanno...dimostrato verso di essa, si stima inutile di farlo....

Roma, 8 Gennaio 1767.

J. M. Card. Castelli, Prefetto.

2.º DECRETUM

SACRAE CONGREGATIONIS PARTICULARIS DE PROP. FIDE SUPER CORRECTIONE LIBRORUM ECCLESIAE ORIENTALIS HABITAE DIE PRIMA JUNII 1766.

Propositis per Rev. P. D. Marium Marefuseum Secretarium Dubiis super correctione missalis chaldeorum malabarici a P. Carolo a S. Conrado Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Romam allati ut typis a S. Congregatione ederetur, videlicet:

I. In liturgia chaldeorum Mesopotamiae nec non in liturgia Menesiana, cum sacerdos ascendit ad altare dicit orationem quandam quae incipit—*Coram throno*—quaeque deest in Liturgia nostra, quaeritur an ea sit addenda?

Oratio sic se habet ex versione Renaudotis—*Coram throno Domine praeclaro, etc.* (Vide supra pag. 19).

II. An oratione 2^a *Tibi splendor Patris tui et imago Personae Genitoris tui* loco vocis quae significat *personam* substituenda sit alia vox quae significet *substantiam*?

III. Cum in tota hac liturgia nullibi legatur commemoratio Romani pontificis, quaeritur an ea apponenda sit eo modo quo exprimitur in missali chaldaeo Mesopotamiae, et quo loco?

In missali chaldaeo Mesopotamiae ita legitur:—*Ita Domine et Deus Noster sit acceptabile apud te hoc sacrificium pro Summo Pontifice Rectore totius mundi N.N. et pro Patriarcha nostro N.N.*

IV. An, quemadmodum in ista Liturgia, elevatio Hostiae et Calicis sit statim post consecrationem, quod videtur noviter inventum, cum ex ritu Ecclesiae Orientalis sacramenta elevanda sint paulo ante communionem.

Emi. Patres responderunt:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Nihil innovandum.

Ad III. Affirmative, apponatur ubicumque fit commemoratio Patriarchae et episcopi cum expressione quae continetur in missali chaldaeo Mesopotamiae.

Ad IV. Affirmative.

Datum Romae ex aedibus dictae S. Congregationis, die 28 Januarii, anno 1768.

T. M. Cardis Castelli, Praefectus.

M. M. Ufanus, Segr.

Postremo, et ut melius explicem nunc quod dixi supra, pag. 16 nota 3, opere et labore Patrum Carmelitarum Verapol., re bene perpensa, attenta animorum dispositione, et statu quo tunc inveniebatur missale malabaricum, fuit hoc denique an. 1774-1775, typis mandatum, in typographia *De Propag. Fide*, "purgatum et correctum ab omni errore".—In toto, substantialiter, constituitur ab antiqua liturgia chaldeo-nestoriana, correctâ et amplificata, 1. cum correctionibus Menesianis essentialibus, 2. cum amplificationibus factis ab Archiep. Cranganor., Francisco Roiz ejusque forsan successoribus, v. gr. caeremoniarum *Hebdomadæ Sanctae, Sabbato excepto, Proprii Sanctorum* ⁽¹⁾ qui tunc temporis commemorabantur in *Missali Romano* (quae omnia desunt in *missali Mesopotam. chaldeo-catholico*, saltem in illo quod vidi, mere feriali, et cujus volumen non attingit dimidiam partem *missalis malabarici*), 3. cum aliquibus orationibus etc. desumptis ex *missali Mesopotamico*, 4. cum aliis forsan correctionibus et amplificationibus a Carmelitis introductis, praesertim rubricis (quae magna ex parte deerant in codicibus antiquioribus) fixando caeremonias. Altera editio an. 1844 excusa fuit.

(1) *Proprium Sanctorum et Temporis* in *missali malabarico* tantum constituitur ab "Epistolis et Evangeliiis", generatim desumptis a *missali Romano*: De caetero, nulla alia alteratio fit in *Ordine Missae*, quae semper incipitur a *Gloria in excelsis et Pater Noster* (supra pag. 17), semper cum *Credo* et *Benedictione*, etiam in *missis defunctorum*, etc.

FINIS.

(Alterâ Document. series sequetur, si tempus suppeditaverit)

ERRATA

Pag.	3	columna	1a.	linea	2	=	1552	corrigere	=	1553
„	3	„	2a.	„	5	=	Maria	„	=	Mama.
„	3	„	2a.	„	9	=	Sui	„	=	Sin ^(a)
„	5	„	1a.	„	38	=	cœquales	„	=	cœquales.
„	6	„	1a.	„	25	=	aeterne	„	=	aeternæ.
„	8	nota (1)	„	„	1	=	irrepsisse er- rorem, 1553 pro 1552	„	=	non irrepsis- se, etc. ^(b)
„	10	nota (1)	„	„	2	=	Patri	„	=	Petri.
„	10	„	„	„	6	=	predessoris	„	=	predecessoris.
„	13	col.	2a.	„	11	=	e ricorrere	„	=	a ricorrere.
„	15	Ad lectorem	„	„	2	=	Exptication	„	=	Explication
„	15	„	„	„	3	=	ceremonies	„	=	cérémonies.
„	16	nota (3)	„	„	2	=	fortasse	„	=	fortuitis.
„	18	col.	1a.	„	22	=	jnustus	„	=	justus.
„	18	„	2a.	„	7	=	psalmnum	„	=	psalmum.
„	19	„	1a.	„	27	=	Chistum	„	=	Christum.
„	20	„	1a.	„	10	=	Spirtus	„	=	Spiritus.
„	23	„	„	„	27	=	vivum	„	=	vinum.
„	29	„	2a.	„	26	=	Iclinat	„	=	Inclinat.
„	30	„	2a.	„	32	=	ajutorium	„	=	adjutorium.
„	31	„	2a.	„	30	=	sacrifium	„	=	sacrificium.
„	32	„	2a.	„	ultima	=	notra	„	=	nostra.
„	35	„	1a.	„	36	=	sanguinet	„	=	sanguine.
„	36	„	2a.	„	ultima	=	tan-	„	=	san-
„	40	„	„	„	5	=	pœninentibus	„	=	pœnitentibus.
„	46	„	1a.	„	33	=	bedicat	„	=	benedicat.
„	47	„	„	„	27	=	maio	„	=	malo.
„	48	„	„	„	37	=	dominatur	„	=	dominator.
„	54	nota (1)	„	„	18	=	missale	„	=	missali.
„	54	„	„	„	26	=	Breviario et Missali	„	=	Breviario, et nescio si Missali

(a) Hoc nomine *Sin* in antiquioribus documentis designabatur China, vel Sina, regio Sinarum, in extremo Oriente.

(b) Plerique scriptorum annum 1552 assignant Confessioni Simonis Sulakæ tanquam Patriarcha de Musal (Mossul), procul dubio eo illusi, quod ejusdem Bulla confirmationis habeat *datum* ab anno 1552 Incarnationis Dominicæ. Debet tamen attendi quod in Doc. Pontif. *datum* ab Incarnatione differt et in una unitate imminuitur, a 1a. die Jan. usque ad 25a. Martii, relate ad an. vulgarem Nativitatis Domini.—Itaque, in Bulla Sulakæ *datum* anno Incarnat. dominicæ 1552, decimo kal. Martii (*supra pag. 8*) realiter respondet 20æ. Februarii 1553 Dni., secundum vulgare computum.

